# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


## Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm


Spina, David de



Francofurti ad Moenum, 1700


P


urn:nbn:de:bsz:31-127465



Visual Library

infundantur in aceto flor. Tunicæ ℥xv. Stent in infuſione in loco calido per 24. horas, poſtea filtrentur, *Sacchari cand. alb.* tantundem addatur, & ad uſum reponatur.

In dolore capitis, Melancholia, Epilepſia qualicunque, Angina, Peſte, Pleuritide, Tuſſi, Aſthmate, ventr. affect. præſervat. à Podagra, Dyſenteria, morbo Hung. venenis hauſtis, coagulat. ſang. &c. excellens eſt. *Vid. corp. ph. p. 543. b.*

## Oxyſaccharum ſimplex *P. A. V.*

℞. *Succi Granatorum acidorum*, ℥viij. *Aceti* ℥jv. *Sacchari albi* ℔j. Saccharum clarificetur, & cum aceto, ſuccoque Granatorum in Syrupi formam reducatur.

Humori ferventi refrigerando, craſſo autem incidendo, putredini arcendæ, ſiti ſedandæ, nec non viſcerum inflammationi mitigandæ conducit. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

## Oxyſaccharum ſimplex *Zwelfferi.*

℞. *Succi Granatorum acidorum recenter expreſſi* ℔ß. *Aceti vini, roſati* vel *violati* ℥viij. *Sacchari albiſſ. cant.* ℔iß. Coquantur in vaſe terreo ad conſiſtentiam Syrupi, cui pro grato odore & ſapore conciliando adde Eſſent. Citri Saccharinæ ex recentibus cort. paratæ ℥iß. Fiat Oxyſaccharum.

Refrigerat & humectat, craſſos humores incidit, ſiti ſedandæ, nec non viſcerum inflammationi mitigandæ conducibile eſt, ab ℥ß. ad ℥j. in aquis vel vehiculis convenientibus. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

# P.

## Pannus Linteus *Crocatus.*

℞. *Crudum ex Cannabe linteum, ablue quinquies vel ſexies in ſpermate ranarum* menſe Martio collecto, & filtra-

filtrato, ut grana illa ſive oculi nigri ſeparentur inde, idemque toties in umbra per ſe, non in calore, ſive luce ſolari areſcere ſine; poſtea

℞. *Aceti flor. Sambuci* & *Croci* ſ. q. & f. Tinctura, in qua illud ex cannabe confectum linteum coquatur, donec ſublimem à Croco imbibat calorem, tuncque unà refrigeſcere ſine, poſtea exime pannum illum crocatum, in umbra ſicca, & ad uſum reſerva.

*In Podagra, Eryſipelate*, (præmiſſis tamen præmittendis) *experimentum eſt*. Loco enim affecto pannus ille impoſitus, prius tamen ſapone Veneto inunctus, ſiſtit dolores, in cruciatibus arthriticis remedium planè divinum eſt. *Vid. corp. ph. p. 667. a.*

## Paſſulæ Laxativæ *Norimbergenſ.*

℞. *Paſſular. minor. mundat.* ℥iiij. *Magiſterii Jalappæ, Scammonii*, aa. ʒj. Confice ſecundum artem. *Vid. corp. ph. p. 318. a.*

## Paſſulæ Pectorales *D. Fauſii.*

℞. *Jujubar. Sebeſten, Radic. Tuſſilag.* cum toto, *Althea, Symphyti*, aa. ℥ij. *Fol. Botryos, Piloſellæ, Pimpinellæ* cum toto, aa. M. ij. *Capit. papav. alb. major.* no. iiij. *Liquirit. raſæ* ℥j. *Sem. Malvæ, Bombacis rec.* aa. ℥ß. *Aq. Ulmariæ, Hyſopi, Scabioſ. Pomorum redolent. Flor. acat.* aa. ℔ij. Coquantur & colentur, colaturæ adde *Sacchari candi albi* ℔iß. *Mellis opt.* q. pl. Solutis & cum album. ovi clarificatis adde *Paſſular. Damaſc. integrar. Uvarum Corinth. opt. lotar.* aa. ℔j. Coque ſ. a. in Syrupi conſiſtentiam & f. ſ. a. conditum.

## Paſſulæ Purgantes *Amſtelodam.*

℞. *Fol. Sen. el. mund.* ℥viiij. *Sem. Fœniculi* ℥j. Macerentur per noctem loco tepido, in ſ. q. Infuſionis

roſarum pallidarum multiplicis, mane leviter ebulliant. Colaturæ expreſſæ ℔ iß. adde Paſſular. Corinth. à ſord. mund. ℔j. Sacchari albi clarificati ℔ iß. Vid. corp. ph. p. 319. a.

## Paſſulæ majores ſeu Zibebæ *vel Prunelli Purgantes Zvvelfferi.*

℞. *Succi pomorum recenter expreſſi* ℔ iv. In hoc ſucco macerentur ſequentia, inciſa ſaltem, non contuſa, utpote ℞. *Rad. Mechoacæ* ℥ iß. *Galapp.* ℥j. *Aſari* ʒvj. *Hellebori nigri* ℥ß. *Tornæ Solis rubicundiſſ.* ℥iij. vel ℥ij. Facta maceratione per diem, ac una vel altera ebullitione prægreſsâ, coletur ſuccus cum expreſſione, in quo denuò macerentur per biduum *Paſſularum majorum ab arillis purgat.* ℔j. vel harum loco *Zibebæ aut Prunelli accipiantur.* Peracta bidui maceratione, fiat etiam una atque altera ebullitio, hinc paſſulæ ſeparentur à ſucco, atque juxta fornacem, vel alio loco tepido, leniter exſiccentur; Succo vero reſiduo adde *Pulv. Syrii* ſeu *Reſinæ Scammonii*, in ſ. q. *Spiritus vini rectificati* ſine omni phlegmate ſoluti ℥ iß. Item: *Paſſulas ſupradictas in ſucco jam tùm maceratas* & coctas, ac poſtquam bene unica, ſpiritusque vini maxima ex parte exhalarit, addidit etiam *Elaoſacchari Cinamomi*, *Caryophyllor.* ana ℥j. Effundantur & immittantur ſcatulis rotundis & largis pro uſu.

Viribus affines ſunt aliis catharticis quamplurimis: Evacuant n. bilem, & pituitam, atque aqua intercute laborantibus conducunt. Doſis ℥ß. ad ℥vj. una cum Gelatina ſumptæ. *Vid. corp. ph. p. 319. a.*

## Paſſulæ aliæ Purgantes *Zvvelff.*

℞. *Sacchari albiſſimi* ℥vj. Solvantur in *aqua ſimplici* ℥viij.

℥viij. quibus adde *Paſſularum min.* probè mundat. ℥vj. Coquantur junctim ad ſatis craſſam ſacchari conſiſtentiam, antequam autem ab igne removeantur, ſuperinfundantur *Magiſt. Galappæ, Scammonii*, ana ʒiiß. ſolut. autem prius *Spiritus vini rectificatiſſimi* ℥ij. vel iij. Quibus infuſis removeantur illico ab igne, nam Spiritus vini rectificatus protinus aëra petit, & relinquit Magiſteria paſſulis per minima immixta; quæ addita tandem *Elæoſacchari Aniſi* ʒj. *aromatizanda*; Earum Doſis erunt ʒij. ad ʒß. *Vid. corp. ph. p. 319. a.*

## Paſſulæ Purgantes ſiccæ *Zvvelfferi.*

℞. *Paſſularum probè repurgat.* ℔iß. Macerentur una alterave die in *aqua Cinamomi* vel *Roſarum fragrant.* ℥iiij. circiter, quo totam aquam abſorbeant, propterea ſæpius commovendæ, poſtquam verò leniſſimo in calore parumper ſiccatæ fuerint, conſpergantur pulvere ſequenti, utpote *Diagrydii Sulfurati, Amygdalis dulcibus probè ſubacti,* ℥iß. *Cremoris Tartari* ʒvj. *Sacch. Roſati* vel *Citrati* n. ℥iij. His mixtis pulveribus paſſulæ obvolutæ, & conſperſæ leniter & ferè totaliter exſiccentur, ſerventurque uſui. Validè operantur hæ paſſulæ, neque ingratæ ſunt palato, cavendum tamen, ne iis in affectibus adhibeantur, quibus Diagridium vel Scammonium tormina excitare poteſt. Doſis ℥ß. ad ʒvj. Vid. corp. ph. p. 320. a.

## Paſta Regia *ſeu* Panis *Martius P. A. V.*

℞. *Amygdalorum dulcium contuſorum* ℔ß. *Sacchari tenuiſſimè pulveriſati* ℔j. cum *aqua Roſarum* fiat Paſta. Vid. corp. ph. p. 339. a.

## Paſta Regia Compoſita *P. A. V.*

℞. *Pinearum mundatarum, Piſtaciorum* præp. ana ℥iiij. *Sacchari albiſſ.* ana ℥viij. *Quinq; lapidum pretioſorum*, ana ℈ij. *Corall. rub. præp.* ana ʒiß. *Cinamomi acuti* ʒi. *Specier. de Gemmis frigidis* ʒij. *Nucis Moſchatæ* ʒß. *Macis* gran. v. *Corticum Citri conditorum*, *Conſervæ Borraginis* ana ℥iß. *Margaritarum præp.* ʒiß. Cum *aqua Bugloſſi*, inciſis craſſiuſculè incidendis, aromatibus reliquis contuſis, *fiat paſta Saccharo & Cinamomo incruſtanda.*

Plurimum nutrit ac roborat, eos qui è diuturnis morbis emerſerunt, & macilenti commodè reficiuntur. *Vid. corp. ph. p. 340. a.*

## Paſta pro Placentulis ſtomachalibus *Zvvelff.*

℞. *Amygd. dulc. decort.* ℥ij. *Piſtach. decort.* ℥iß. Contundantur probè & minutiſſimè in mortario ad pultis formam affundendo paulatim portiunculam *aquæ Roſarum fragrantiſſ.* vel *Cinamomi*, poſt adde *Sacchari pulv. albi* ℥viij. *Cort. Arantiorum*, *Citri* ana *cond.* ℥j. *Farinæ triticeæ* ℥iij. *Pulv. Cinamomi acuti* ʒvj. *Caryophyllorum*, *Nuc. Moſchat.* ana ʒß. *Piperis longi*, *Zinziberis*, ana ʒiij. Fiat Paſta, ex qua formentur placentulæ parvæ ad lubitum, & in fornace vel ſartagine occluſa, moderato calore, pinſantur. *Vid. corp. ph. p. 344. a.*

## Paſtilli Pectorales Antiphthiſici *Zvvelff.*

℞. *Rad. Enulæ camp.* ʒvj. *Ireos florent.* ℥j. *Liquiritiæ* ʒvj. *Flor. Papav. errat. Violar. Martial.* ana ℥ß. Inciſa coquantur in *aquæ ſimpl.* ſ. q. ad remanentiam circiter ℔j. coletur decoctum, & ad ℥iiij. evaporet, quod interim aſſervetur. Jam verò

℞. *Sem. Melonum*, *Cucurbitæ*, ana *excort.* ʒvj. *Papav. albi*,

*albi, Amygd. dulc. decort.* an. ℥i. *Benzoes opt.* ʒß. Contundantur junctim in mortario, ad pultis formam, *cum ſuperioris decocti* aſſervati ſ. q. ac per ſetaceum tranſmittantur: Huic pulpæ adde *Pulv. Sacchari Can. albi* ℥viii. *Croci Auſtriaci* ʒiii. *Ireos florent.* ʒj. *Florum Sulfuris* ʒvi. *Liquiritiæ* ʒß. *Elæoſacchari Ani-* ʒi. Et contundendo in mortario lapideo efficiatur paſta, ex qua formentur paſtilli oblongi, vel etiam Trochiſci. *Vid. corp. ph. p. 357. a.*

## Paſtilli Pectorales *alii Zvvelff.*

℞. *Specier. n. Diaireos ſimpl.* ℥iii. *Pulv. Liquiritiæ raſæ* ʒiii. *Ireos albiſſ.* ʒß. *Eſſentiæ n. roſatæ Sacchar.* ℥ii. *Pul. Sacchar. Canar* ℥iii. *Moſchi orient. opt.* ℈ß. vel j. Ex omnibus mixtis addita ſ. q. *Mucilaginis Tragacanthi, aqua roſarum extractæ*, fiat maſſa, ex qua formentur paſtilli, vel, ſi magis arrideant, Trochiſci, qui ipſi etiam ſine Moſcho confici poſſunt.

Præſtant in affectibus Pectoris Catarrhoſis, tuſſi antiqua, & ipſa Phthiſi, ac inſuper anhelitum gratum efficiunt. *Vid. corp. ph. p. 358. a.*

## Peſſus contra Sterilitatem *Minſichti.*

℞. *Sem. Lolii*, quod in frumento vel ſiligine reperiri ſolet, ʒß. *Coag. Leporis, Aluminis uſti, Caſtorei, Styrac. liquid.* an. ʒii. *Myrrhæ rub. Opopanacis, Galbani, Piperis rot.* an. ʒi. *Moſchi & Ambræ* an. ℈ß. Optimè ſimul incorporentur, & f. duo peſſi, horumque unum mulier teneat in vulva à meridie uſque ad veſperam. Vid. corp. ph. p. 384. a.

## Peſſus contra ſuffocationem uteri *Minſ.*

℞. *Rad. Ireos florent. Roſarum rub.* an. ʒiii. *Styracis cal. Benzoin.* an. ʒiß. *Caryophyllorum, Spicæ Indicæ, Galliæ Moſchat.* an. ℈i. Miſc. & fiat l. a.

Peſſus ad formam ſuppoſitorii, qui filo obligatus, noctu ſubjiciatur. Vid.corp.ph.p.384.a.

### Peſſus Aperiens menſes *ſuppreſſos Minſ.*

℞. *Rad. Artemiſiæ rub. Dictam. alb. Aſari, Hellebori alb. Rubiæ tinct.* an. ℥ij. *Scammonii, Majoranæ, Sabinæ, Croci orient.* an. ℥j. *Bacc. Lauri excort. Myrrhæ rub. Caſtorei veri, Sagapeni, Aloes, Epat.* an. ℈j. *Sem. Stapid. Agriæ, Nigellæ, Naſturtii, Rutæ,* an. ʒß. Hæc omnia incorporentur *cum ſucco Artemiſiæ rub.* vel *Therebinth.* & f. peſſi ad longitudinem medii digiti, craſſitudine digiti unius; inter incorporandum ad medium longitudinis involvatur filum, cujus extremitas maneat, excedat ad palmam unam ad extrahendum; aut pulvis ponatur in ſacculo, confecto ex panno raro, addito pauco bombace. Fiat ad craſſitudinem digiti majoris, indaturque. *Vid.corp.ph.p.384.a.*

### Peſſus adſtringens uteri Hæmorrhagiam *Minſ.*

℞. *Farin. volat. molend.* ℥ß. *Rad. Tormentillæ, Biſtortæ,* ana ℥ij. *Ciner. Ranarum, Croci Martis, Gallar. Turc. Sangu. Drac. Boli Armen. Corn. Cervi uſti, Hypocyſtidis, Roſarum rub. Balauſtiorum, Acatiæ, Olibani, Maſtichis,* ℥ß. Miſc. & cum *Succo Plantaginis* & *albumine ovorum* f.l.a. Peſſi in mulieris pudendum inferendi. *Vid.corp.ph.p.385.a.*

## PILULÆ ALTERANTES.

### Pilulæ Anodynæ *Minſichti.*

℞. *Ext. pil. Aloephang. noſt.* ʒiij. ♀ri ⊖at. *Laudani opiat. noſt.* an. ʒj. Miſc. & cum *conſ. Alkermes* in *aqua hypnotic. noſt.* diſſ. f. maſſa pilularum. Ad do-

dolores acutos mitigandum & ſedandum, torſiones placandum, ſomnum conciliandum, in Colica, Nephritide, Arthritide, Pleuriſi, cæteriſque morbis omnibus ſolùm excellunt; Et ipſo Laudano opiato longè tutiores ſunt; quia ratione ext. pil. Aloëphang. & ☿i ⊖lat. additorum, non admittunt conſtipationes, quibus poſt uſum Laudani opiati per ſe exhibiti, ægrotantes communiter afficiuntur. Doſis à gr. xii. ad xv. ℈j. & à gr. xxv. ad ʒß. *Vid.corp.ph.p.149.b.*

## Pilulæ de Bdellio majores *Meſuæ P.A.V.*

℞. *Bdellii* ʒxij. *Myrobal. Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum, Concharum venerearum uſtarum, Charabe*, an. ʒiiß. *Ammeos parum toſti* ʒiij. Maceretur Bdellium *in ſucco foliorum Porri*, & formetur maſſa.

Ad fluxum hæmorrhoidum & ulcera ex eis provenientia, nec non menſes immodicos utiliter exhibetur. *Vid.corp.ph.p.149.b.*

## Pilulæ de Calce viva *Minſichti*.

℞. *Calcis vivæ* ʒj. *Farin. Siliginis, Piperis long. Cort. Granator. Gallar. Turc.* an. ʒß. *Sem. Hyoſcyami, Caryoph. Opii Thebaici, Aluminis uſti*, an. ℈j. Miſc. & *cum ſucc. inſpiſſ. rad. Pyrethri*, fiat maſſa pilularum; ex qua poſtea cum *ol. Origani Cret.* & *Camphoræ*, an. ſ. q. fingantur pilulæ oblongæ.

Dentibus dolentibus impoſitæ ſubitò medentur, firmiores eos reddunt, vermiculos in eorum cavernis deliteſcentes enecant, nec non fluxiones omnes ad Gingivas lapſas extrahunt. *Vid.corp.ph.p.149.b.*

Pilu-

## Pilulæ Catarrhales *de Spina.*

℞. *Rad. cynogl. olib. bol. arm.* an. ʒj. *trag.* ℈ij. *myrrh.* ʒß. *opii, ſpicæ* an. ℈j. *croc.* ℈ß. cum *ſucc. cynogl.* F. Pilulæ.

## Pilulæ Catarrhales *VValdſ.*

℞. *Maſſ. pil. de ſuccino crat.* ℈j. *reſin. Jalap.* gr. vij. *tinct. ſuccin.* q. ſ. F. P. no. xv.

## Pilulæ Cephalicæ ex ladano *Hartman.*

℞. *Ol. camph.* gutt. vj. *gum. ladan. c. ſp. vin. extr.* ℈j. *moſch.* gr. iij. *aq. majoran.* & *gum. trag.* F. Pilulæ.

## Pilulæ croci martis *Maetſii.*

℞. *Gum. amm.* ℥ij. *myrrh. rub.* ℥j. *croc. mart. aper.* ʒß. *elix. p. P.* q. ſ. F. Pil.

## Pilulæ Cordiales & Cephalicæ *Zvvelff.*

℞. *Ambræ gryſ. opt.* ʒj. Solvatur in *olei Cinamomi* ℈j. *Caryophyllor.* ℈ß. *Nuc. Moſchat. expr.* ʒj. Quibus invicem bene mixtis adde *pulv. Cardamomi, Nucis Moſchat.* an. ʒiij. *Croci Auſtriac.* ʒiß. *Sem. Carvi, Aniſi,* an. ʒiß. *Extracti ligni Aloes n. Reſinæ StyracisCalam.* an. ʒij. Miſceantur exactè ac cum ſ. q. *mellis noſtri citrati,* vel *Anthos,* fiat maſſa, ex qua pilulæ efformandæ, vel in alia aliqua medicamenti forma propinanda.

Caput, Cerebrum, ſenſusque omnes, Ventriculum inſuper, & totum corpus roborant, anhelitum putridum & fœtidum emendant, Spiritusque animales & vitales recreant. *Vid. corp. ph. p. 149. b.*

## Pilulæ de Caſtoreo *Avicennæ* P. A. R.

℞. *Caſtorei, Doronici, Zedoariæ, Nucis Moſchatæ,* an. ʒj. *Sem. Apii, Anethi, Matris Perlarum,* an. ℈iv. *Hyoſcy-*

ami

ami gran. iij. Formetur maſſa *cum Mucilagine Tragacanthi*, in *aqua Artemiſiæ* ſoluta.

Uterinis doloribus conferunt, craſſos flatus diſſipant, ac impeditas menſtruas purgationes eliciunt. *Vid. corp. ph. p. 160. b.*

## Pilulæ de Cynogloſſo *Nicolai Præpoſiti P. A. R.*

℞. *Rad. Cynogloſſi ſiccarum, ſem. Hyoſcyami albi, Opii depurati*. an. ℥ß. *Myrrhæ* ʒvj. *Thuris* ʒv. *Caryophyllor. Cinamomi, Styracis Calamitæ*, an. ʒij. Cum Syrupo *ex ſucco violarum*, & *ſucco Cynogloſſi*, lege artis, formetur maſſa. *Vid. corp. ph. p. 150. b.*

## Pilulæ de Cynogloſſo cum Caſtoreo *P. A. R.*

℞. *Opii rad. Cynogloſſi, Sem. Hyoſcyami* an. ℥ß. *Myrrhæ puræ* ʒvj. *Olibani* ʒv. *Styracis calamitæ* ʒij. *Croci Auſtriaci, Caſtorei genuini electi* an. ʒiß. Cum *ſucci Cynogloſſi*, & *ſyrupi è ſucco violarum* partibus æqualibus. Fiat Maſſa.

Catarrhos tenues ſiſtunt, ac tuſſim inde natam ſedant; omnibus quoque defluxionibus, ſive in thoracem, ſive in pulmones, dentes aut aliò ferantur, conferunt, ſomnum conciliant, ac omnis generis dolores placant. *Vid. corp. ph. p. 150. b.*

## Pilulæ de Cynogloſſo aliæ Anodynæ *Zvvelff.*

℞. *Rad. Herb. & flor. Cynogloſſi* ℥x. vel ℔j. *flor. Papaveris erratici recent.* ℥vij. vel viij. *Nymphea albæ recent.* ℥vj. vel vij. Fiat ex illis affuſa ſ. q. aquæ ſimplicis repetitis vicibus decoctum, quod optimè clarificatur, & cum illo diſſolvantur *Opii*, *per evaporationem Sulfuris Narcotici præparati*, ut ſuo lo-

loco monitum eſt, ℥iij. Factâ ſolutione, coletur, per cribrum anguſtum ſetaceum, colatura iterum leni calore cinerum ad conſiſtentiam craſſam extracti inſpiſſetur, vel evaporet, cui tandem adde: *Reſinæ Storacis calamitæ* ℥j. *Balſami Indici de Peru* ʒv. *Ol. nucis moſchat. expreſſi* ℥ß. *Stillatit. ligni Rhodii* ʒj. *Pulv. Gummi Laudani opt. Animæ, Olibani* an. ʒvj. *Succini alb.* ℥j. *Corallorum rubrorum præparat.* *Oculorum Cancror. præparat. Matris Perlar. præp.* an. ʒvj. *Croci Auſtriaci* an. ʒvj. *Croci Auſtriaci* ℥ß. Fiat maſſa competens ad pilulas efformandas.

Eſt medicamentum præſtantiſſimum ad omnes catarrhos tenues ſiſtendos, deſtillationibus quoque & defluxionibus confert, ſomnum conciliat, ac omnis generis dolores placat; dyſenteriam, diuturnas diarrhœas, & immoderatum menſium fluxum ſedat. Doſis gr. viij. ℈ß. ad ℈j. & ʒß. Vid. corp. ph. p. 150. b.

## Pilulæ Diaphoreticæ S. Cloſſ. *ex Schræd.*

℞. *Cinnab.* ♁ii. *rectificat.* ℈j. *Præſervativi ex Croco Myrrh. & Aloë* ʒß. *Cryſtall. ſulfuris* ℈j. *Ol. guajac.* q. ſ. ad corporationem. Fiant pil. quæ exhibentur ſuperbibendo cochl. j. Acidi Guajac. mixti cum tribus partibus vini alb. *Vid. corp. ph. p. 152. b.*

## Pilulæ Diureticæ S. Cloſſ. *ex Schræd.*

℞. *Tereb. Venet.* ⊖ *albi* ana part. æq. M. in mortario marmor. terendo diutiſſimè, usque dum ſimul incorporentur, quod difficultate non caret.

Doſis eſt à ʒj. ad ʒij.

Thereb. in ⊖lo addita vim ejus revomitivam refrænat, & diureticam conciliat. Vid. corp. ph. p. 152. b.

## Pilulæ dulces *Minſichti.*

℞. *Succi Glycyrrhiz. in aq. Pectoral. noſt. diſſol. colat.* & ad juſtam conſiſtentiam iterum coct. ℥ß. *Spec. Diaſaturni noſt. diaſulphuris noſt.* an. ℥ß. *ext. rad. Myrrhidis, Sacchari candi alb.* an. ℨij. *Florum Benzoin. Semin. Cydoneor.* an. ℨj. Miſc. & cum *diacodio brocat. noſt.* fiat l. a. maſſa pilularum, ex qua poſtea cum *Ol. Aniſi, & fœniculi* formentur pilulæ.

In catarrhis & morbis pectoralibus, utpote Tuſſi, Aſthmate, Diſpnœa, Orthopnœa, Phthiſi, Hectica, Pleuritide, &c. commendare volumus.

Doſi à ℈j. ad ℨj. manè & veſperi. Vid. corp. ph. p. 152. b.

## Pilulæ Anti-Epilepticæ S. Cloſſ. ex *Schrœd.*

℞. *Præcipitati ſolaris*, per ſe in matracio △ febrili continuò parati ℨj. ♁ *mineralis* ℈iv. *Ol.* ♁ *febrifugi.* gutt. xx. *Extracti Caſtor.* per ſpir. vin. evaporando facti, *Succin.* an. ℨj. *de Pœon. mar.* cum ſpir. vin. facti, *Pœon. fœmin. Bryon.* an. ℨiiß. *fol. Helleb. nigr.* ſubtiliſſ. triturat. ℈ij. Fiat Pulvis & *cum ſucco porri* maſſa pilularum, cui admiſce *Ol. Angelic. ſativ. Spir.* ⊖*li* an. gutt. x. Harum pilularum. Cape ante paroxyſmos aut poſt quadram ☾æ duas ℈j. ponderantes, ſumendo poſtea juſculum carnium acido ⊖li conditum. *Vid. corp. ph. p. 152. b.*

## Pilulæ febriles *ex Schrœd.*

℞. *Extr. card. bened.* ʒß. *Centaur. min.* ℈j. *CC. uſt. præpar. Sal. abſynth.* an. ℈ß. *cum Syrupo de Card. benedict.* Fiant pilul. num. xx. quæ exhibeantur ante paroxyſmum expecteturque ſudor. Vid. corp. ph. p. 152. b.

Pi-

### Pilulæ Febriles *Hoffmanni.*

℞. *Extr. cent. min. gent.* an. ℈ij. *cort. chinæch.* ʒij. *fl. ſal. arm.* ʒß. *ol. cinamom.* gutt. IV. *Elix. p. P.* q. ſ. F. Pilulæ.

### Pilulæ Febriles *de Spina.*

℞. *Cort. chinæch. rad. gent.* an. ʒj. *ſal. abſ. cent. min. fl. ſal. arm.* an. gr. vj. *ſyr. cardb.* q. ſ. F. Pilulæ in Tert. & Quart.

### Pilulæ Febriles *Dolæi.*

℞. *Cort. chinæch.* ʒiß. *marg. pp. lap. bez. cinnab. ant.* an. ℈ß. *fl. ſal. arm. tart. camph.* an. gr. vj. *extr. gent. cardb.* an. ʒß. F. Pilulæ.

### Pilulæ ad Gonorrhæam virul. *Ettm.*

℞. *Tereb. cypr.* ʒj. *merc. d. oſſ. ſep. pp.* an. ʒß. *ol. ſuccini deſt.* gutt. IV. F. P.

### Pilulæ ad Gonorrhæam *Maetſii.*

℞. *Sem. alkek.* ʒij. 4. *fr. maj. pap. alb. lact. plant.* an. ʒj. *rhab.* ʒß. *maſt.* ʒiij. *gum. arab. bol. arm. ſuccin. trag. amyl.* an. ʒii. *ſem. agn. caſt. roſ. rub.* an. ʒj. *tereb. ven.* q. ſ. F. Pil. ℈i. ad ʒi.

### Pilulæ ad Gonorrhæam *Hoffm.*

℞. *Tereb.* ʒi. *balſ. Peruv. Copaib.* an. ʒi. *Rad. conſol.* ʒii. *ſucc. liquir.* ʒß. *reſin. guaj. extr. rhab. lap. cancr.* an. ʒiii. *merc. dulc.* ʒiß. *nitri vitr.* ʒii. *ſuccin.* ʒiii. *ol. guaj. ſaſſafr.* an. q. ſ. F. Pil. ex ℈i. no. XIV.

### Pilulæ ant-Helminticæ *Hoffm.*

℞. *Extr. aloes* ʒi. *merc. d.* gr. XV. *camph.* gr. iii. *ſp. vitr.* gutt. VI. F. Pilulæ ex ℈i. no. XX.

### Pilulæ Hyſtericæ *de Spina.*

℞. *Aſſ. fœt.* ʒi. *caſtor. fæc. bryon.* an. ʒß. *ſem. rut.* ℈ß. *croc.* gr. V. *ol. ſuccin.* gutt. VI. M. F. Pilulæ.

## Pilulæ Hyſtericæ *Horſtii ex Schræd.*

℞. *Aloës ſoccotor.* ℥iii. *Myrrh. opt.* ℈i. *Extr. cal. ar. Card. bened.* ad ℈ß. *Croc.* g. iii. *Rad. Gentian. Ariſtol. long. dictamn.* an. g. v. *Cum rob. ſambuc.* f. maſſa, & hinc Pilulæ: quæ in impuritate uteri, & menſium obſtructione à craſſis & pituitoſis humoribus proveniente, cum ſucceſſu exhibentur.

Doſis ʒß. per dies aliquot continuando. *Vid. corp. ph. p. 153. b.*

## Pilulæ Hyſtericæ ex *Th. Hoffm.*

℞. *Fermenti narcotic.* cum Succ. c. ℥ß. *Extr. radic. Valerian.* ℥ii. *Croci* ℥ß. *Ol. d. Succini* ʒß. *pulv. ſuccin. alb. Myrrh. r.* a. q. q. f. M. f. pilul. inſtar piſorum. Doſis à vij. ad ℈ß. in vehiculo appropriato. Vid. corp. ph. p. 153. b.

## Pilulæ Hyſtericæ ſeu Martiales *Zvvelff.*

℞. *Rad. Valer. Imperatoriæ* ana ℥i. *Herb. recent. Artemiſiæ, Matricariæ, Meliſſæ, Menthæ criſpæ, Roriſmarini, Salviæ, Cortic. Arantiorum recent. extim.* an. ℥iß. *Opii per exhalationem Spiritus narcotici parati* ℥vi. *Croci Auſtriaci* ℥i. Inciſa & contuſa craſſiuſculè, ac cucurbitæ vitreæ immiſſa, extrahantur cum ſ. q. *Spiritus vini, repetitis vicibus affuſi*, quouſque Spiritus non amplius tingatur; Spiritus tincti omnes in B. M. ad extracti conſiſtentiam abſtrahantur. Cui extracto reſiduo ſpiſſo adde *Ol. ſtillat. ſuccini, Salviæ, Roriſmarini, Menthæ criſpæ, Cortic. Arantiorum ex recent. Cort. ſtill.* an. ʒß. *Coriandri* ℈ß. *Pulv. ſuccini alb. præp.* ʒvj. *Rad. Valerianæ, Doronici veri, Cort. arantiorum ext. recent. ſiccat. Myrrhæ rubræ, Nuc. Moſchat.* an. ʒß. *Macis* ʒiß. Mixtis omnibus fiat maſſa pilularum in affectibus hyſtericis & uterinis, à ℈ß. ad ℈j porrigenda. Vid. corp. ph. p. 153. b.

### Pilulæ Ictericæ *VVilliſii.*

℞. *Rad. curcum. rhab.* ana ʒiß. *cort. rad. capp. aſar.* ana ℥i. *extr. gent. cent.* ana ʒß. *ſal. abſ.* ℈iv. ſem. naſt. ʒß. *cruc.* ℈ß. *elix. p. P.* ʒj. *gum. amm. in aq. lumbr. ſol.* q. ſ. F. Pilulæ; doſis ʒß.

### Pilulæ Narcoticæ *Minſichti.*

℞. *Opii Thebaici ſpagyricè præp.* atque extract. ʒiij. *Spec. Diambræ* ʒj. *Sal. Margaritar. or. Corallor. rub.* an. ʒß. *Ext. flor. Papav. errat. Croci orient.* an. ℈j. *Oſſ. de corde Cervi*, an. ℈ß. *Moſchi laudatiſſ.* gr. v. *Ol. Caryophyll. Cinamomi, Majoranæ, Succini alb. Carvi*, an. gutt. iv. Miſc. & cum *Conf. Alkermes* in *aq. Narcot. noſt.* diſſ. fiat maſſa pilularum.

In defectu Laudani opiati, pilulis hiſce feliciſſimè utimur; quibus honorem etiam frequentiſſimè conſecuti ſumus. Doſis à gran. iij. ad iiij. v. vel vj. hora dormitionis. Vid. corp. ph. p. 154. b.

### Pilulæ Narcoticæ Plateri *ex Schræd.*

℞. *Opii puriſſ.* ℥i. Infunde ▽ *vitæ* ℥ß. diſſolv. lento calore, eodemque exſicca. Deinde aliâ affusâ ▽ vitæ molleſcat, additis *ol. Cinamom.* gutt. ii. Poſtea: ℞. *Cinam. Sacchar. Cand.* an. ℥j. *Piper.* ʒi. *Sem. Coriandr.* ℈ii. *Croci* ʒß. Subtiliſſimè pulveriſatis adde opium diſſolutum, ſenſim opio pulveres miſcendo. Poſtea *cum Syr. de Papaver.* redigantur in maſſam pilularum, addendo *Moſchi* ℈ß. Maſſa hæc diu in mortario agitetur, & ne exſiccetur, *Ol. de Been* parùm ſubigatur. Servetur in loco humido.

Ex quâ formatæ pilulæ dolores ſopiunt, ſomnumque conciliant. Vid. corp. ph. p. 154. b.

### Pilulæ Nephriticæ *Timæi.*

℞. *Mag. lap. cancr.* ʒiij. *ſang. hirc.* pp. ℥ii. *ſal. ſuccin.*

*vol.* ℈iv. *ononid.* ʒi. *tereb. cypr.* q. ſ. F. Pilulæ.

## Pilulæ ad Partum *Fiſcheri.*

℞. *Cinam. ſabin.* ana ʒii. *caſſ. lign.* ʒiß. *myrrh. ariſt. rot. coſt. amar.* ana ʒi. *ſtyr. liq.* ʒß. *opii* gr. xii. F. Pilulæ.

## Pilulæ Odontalgicæ *Minſichti.*

℞. *Opii Thebaici* ʒi. *Camphoræ, Sem. Staphid. agriæ, Zingiberis alb. Piperis longi, Gallar. Turc. Cretæ albiſſ. Aluminis uſti* an. ʒß. *Rad. Peucedani, Hyoſcyami, Urticæ min.* an. ℈i. *Spir. Salis Nitri* q. ſ. ad perfectam acetoſitatem. Miſc. diligenter & cum *Balſamo Odontalg. noſtr.* f. l. a. maſſa pilularum, ex qua poſtea cum dicto etiam balſamo formentur pilulæ oblongæ, alterutra ſui parte in acumen deſinentes. Vid. corp. ph. p. 154. b.

In uſu quotidiano pro ſecreto habemus: perforatis enim & concavis dentibus impoſitæ, acutiſſimum dolorem confeſtim & ex tempore ſolvunt. *Vid. corp. ph. p.* 154. *b.*

## Pilulæ Odontalgicæ *Zvvelfferi.*

℞. *Opii Thebaici* per exhalationem lenem Sulfuris narcotici parati ʒii. Solvatur in *ſpir. n. ven.* ʒvi. & per cribrum ſaltem ſetaceum cogatur, cui adde *pulv. rad. Pyrethri, Mandragoræ,* an. ʒiß. *Sem. Hyoſcyami, Staphidis agriæ, Urticæ min. Coriandri,* ana ʒß. *Caryophyll.* ʒi. *Reſinæ abietis* ʒiii. *Gummi Animæ* ʒij. *Camphoræ* ʒi. Miſceantur, fiatque Maſſa, ex qua poſtea formentur pilulæ oblongæ, alterutra ſui parte in acumen deſinentes, dentium cavernis imponendæ. *Vid. corp. ph. p.* 155. *b.*

## Pilulæ Odoriferæ *Minſichti.*

℞. *Styracis calamit.* ℥ij. *Aſſæ dulcis* ʒi. *Rad. Ireos* ʒß. *Galliæ Moſchat. Santali citrin.* an. ℈i. *Ol. ſtill. roſar. veri* ℈ß. Miſc. & *cum modico infuſionis Tragacanth. cum aqua Cinamomi fact.* Fiat maſſa, de qua formentur pilulæ, dentibus excavatis imponendæ.

Fœtorem dentium excavatorum relegant, nec non, immiſſæ & retentæ, ſuaviſſimum & dulciſſimum faciunt anhelitum. *Vid. corp. ph. p.* 155. *b.*

## Pilulæ de Origano Cretico *Minſichti.*

℞. *Origani Cretici* ʒi. *Galliæ Moſchat. veræ, Caſſiæ ligneæ, Lig. Aloes, Santali Citrini, Ireos flor.* an. ʒß. *Styracis Calamit. Aſſæ dulcis, Caryophyll. Galang. min. Nuc. Moſchat. Cubebarum, Macis,* an. ℈i. Miſc. & cum *conf. Alkermes* in *aq. Majoranæ* diſſ. f. Maſſa pilularum, ex qua poſtea cum *Ol. ſtill. Roſar. & Cinamomi,* ana ſ. q. formentur pilulæ ad quantitatem cicerum.

Facta purgatione, & præmiſſis univerſalibus, de his pilulis 3. vel 4. aſſumtæ mirabiliter fœtorem oris & naſi, ſive per conſcenſum à Cerebro, ſive à Stomacho ortum, emendant. *Vid. corp. ph. p.* 155. *b.*

## Pilulæ Antipeſtilentiales *Zuvelfferi.*

℞. *Radic. Angelicæ, Contrajervæ, Zedoariæ,* an. ℥iß. *Herb. recent. Scordii noſtr.* ℥iv. *Rutæ hort.* ℥iij. *Baccar. Junip.* ℥ii. *Cort. recent. Citri extim.* ℥iß. Inciſa & contuſa coquantur in *aq. ſimplici,* ſæpius affuſa, quousque omnis prædictorum vis ſit extracta; decoctiones album. ovorum junctim clarificatæ, ad ℔iß. circiter evaporent, cui reſiduo adde *Succi Scordii noſtr. rec. expreſſi & depurati* ℥viij. in his ſolvatur *Aloës ſoccotorinæ* ℥i. Factâ ſolutione & colatura per ſetaceum leni calore cinerum redigantur ad conſiſten-

ſtentiam Extracti ſpiſſioris, ſuperaddendo *pulv. Myrrhæ opt.* ℥iiii. *Croci or.* ſive *Auſtriaci* ℥i. *cum modico vini* parumper diluta, ad pultis formam, quæ ubi jam debitam maſſæ conſiſtentiam acquiſiverint, admiſce vel inſtilla: *Ol. ſtillat. Junip. Rutæ, Succini* an. ℥j. Et malaxando fiat maſſa ad præſervationem peſtis utiliſſima, à ℈ß. ad ℈i. in formam pilularum redacta. *Vid. corp. ph. p.* 155. *b.*

## Pilulæ Antipodagricæ Dőringi *ex Schræd.*

℞. *Pulv. Chamæpith. Chamædr. ver.* an. ʒij. *Centaur. min. Rad. Ariſtoloch. rot. Rhapont. ver. Gentian. Sem. Hyperic. Cran. human. præpar.* an. ʒiß. *Rad. Cichor. Santal. rub.* an. ʒj. incorporentur cum ſ. q. *Succi chamæpith.* addendo nonnihil *Therebinth. cypr.* pro meliori unione. F. pil. pro lubitu. *Vid. corp. ph. p.* 156. *b.*

## Pilulæ Spleneticæ *Minſ.*

℞. *Gumm. Ammon.* in *aceto ſquillitico diſſolut.* & ad juſtam conſiſtentiam coct. ℥j. *Chalybis cum aceto Tamarind. præp. Ext. rad. Filicis* an. ʒß. ♀ri ⊕at. *Aloes non lotæ* an. ʒii. *Mag. Myrrhæ rub. Maſtichis* an. ʒi. *Sal. Abſinthii, Scolopendr. Centaur. min.* an. ʒß. *Sem. fraxini, Croc. Orient.* an. ℈i. Miſc. & cum *ſucc. fumariæ inſpiſſ.* f. l. a. maſſa pilularum, quæ conſervetur in aluta madefacta, *Ol. Benzoin.* poſteà tempore uſus cum *ol. roriſmarini* formentur pilulæ.

In omnibus deploratis Lienis & jecinoris obſtructionibus & doloribus miranda præſtant. *Vid. corp. ph. p.* 157. *b.*

## Pilulæ de Sabina *Minſichti.*

℞. *Sal. Herb. Sabinæ* p. ij. *Ol. ſtill. ejusd.* p. j. Mixta hermeticè ſigilla, & igne philoſophico coque, donec lapidis duritiem acquirant; poſtea

℞. *Maſſ. pil. Aloephang. noſt.* ℥iß. *Lapidis hujus præparat.* ʒj. *Borrac. Venet.* ʒiij. *Ext. ſpec. Dialaur. noſt. Flor. Centaur. min. Herb. Sabinæ*, an. ʒß. *Croci orient.* ℈j. Miſc. & cum *ol. Bacc. juniperi* f. l. a. maſſa pilularum, ex qua poſtea cum *ol. Cinamomi* & *Macis* formen-mentur pilulæ.

Adeò feliciter obſtructiones uterinas reſerant, menſesque retentos copiosè movent, ut meritò inter arcana medica, muliebria cientia, prima obtineant. Doſis manè & veſperi à ℈j. ad ʒß. Vid. corp. ph. p. 156. *b.*

## Pilulæ de Sandaraca *Minſichti.*

℞. *Sandar. elect.* ℥ß. *Ext. Polypodii*, *Tartari albi* an. ℥ij. *Succini alb. præp. Piperis nigri*, *Aluminis rochæ*, *Sarcocoll. rub.* an. ʒß. *Laccæ ablutæ*, *Nitri præp. Ariſtoloch. rot. Sem. Rutæ ſylveſt. Petroſelini*, an. ℈j. Miſc. & cum *ſucc. inſpiſſat. Centaur. min.* F. Maſſa pilularum, & ex quolibet ℈ formentur pilulæ duæ, quæ deaurentur.

Pingues extenuant, nec non omnem carnoſitatem præter naturam corpori humano additam attenuant. Detur autem omni die pilularum una, quando ſurgitur à lecto. Vid. corp. ph. p. 156. b.

## Pilulæ Senectutis *Minſichti.*

℞. *Ext. Meliſſæ* ℥iij. *Spec. Diamoſch. dulc.* ʒiß. *Succini alb. præp.* ʒj. *Margar. Trochiſcat. noſt. Ambræ gryſeæ* ana ℈i. Miſc. & cum *conf. Alkermes* in *aq. Lil. convall. diſſ.* F. Maſſa pilularum; ex qua poſtea cum *ol. Caryophyllor.* & *Majoranæ* ana ſ. q. formentur pilulæ ad quantitatem cicerum, quæ deaurentur.

Vigiliis ſenum & illorum, qui in ſummis curis verſantur, medentur; Animi tranquillitatem & hilaritatem

tatem

utem præſtant, nec non ad pellendas curas utiles ſunt. Doſis à pil. 3. ad 4. vel 6. ſub noctem. Vid. corp. ph. p. 157. b.

## Pilulæ Solares *VVildeganſii.*

℞. *Opii acido corr. & depur.* ℥ij. *cor. rub. pp. croc. troch. de viper. myrrh. aloes ſuccotr.* ana ʒij. *auri* ℈j. in 🜂. ſol. & abſtr. depur. *ol. caryoph.* gutt. xx. F. Pilulæ anodynæ & diaphoreticæ.

## Pilulæ Smaragdinæ *Minſiehti.*

℞. *Smaragd. præp.* ʒiß. *Sulſ. Lunæ ſicci* ℈ij. *Hyacinth. præp.* ʒß. *Mag. Perlar. orient. Corallor. rub.* ana ℈j. Miſc. & cum *Syr. cort. citri Moſchat.* fiat maſſa pilularum; ex qua poſtea *cum ol. Aniſi* formentur pilulæ parvæ, quæ argento puro obducantur.

Somnia gravia & terribilia, (quæ aliàs valdè debilitant) arcent, & ſomnum inducunt, Venenis reſiſtunt, & in confortandis Spiritibus vitalibus totiuſque corporis plurimum valent. Doſis hora ſomni ℈j. Vid. corp. ph. p. 158. b.

## Pilulæ Stipticæ *Minſ.*

℞. *Succ. Glycyrrhiz. ext.* ℥ß. *Spec. diaplantaginis, diamartis* ana ʒiij. *Laudani Opiati* ʒij. *Fung. Betulini, Coag. leporis, Camphoræ* ana ʒß. *Vngul. Equi uſtæ, Sandaracæ, Olibani* ana ℈j. Solvatur *ſuccus Glycyrrhiz. in ſucco Granatorum,* & f. l. a. Maſſa pilularum, ex qua poſtea *Ol. Nuc. Moſchat. & Caryophyllorum* formentur pilulæ in modum cicerum, quæ deaurentur.

Omne alvi profluvium à quacunque cauſa ortum cohibent, à quacunque parte emanantem ſanguinem coërcent; nec non uterinos fluores omnes ſiſtunt, placidéque compeſcunt, dolores mitigant, & ſomnum in-

induc*u*nt. Doſis à ℈j. ad ʒß. Veſperi eundo cubitum. Vid. corp. ph. p. 158. b.

## Pilulæ Balſamicæ & Stomachicæ *Zvvelff.*

℞. *Pulv. ſuccin. albi præp.* ʒj. *Olibani*, *Maſtichis*, *Myrrhæ*, *Gummi Animæ*, *Ligni Aloës pond. Nucis Moſchat.* an. ℈ij. *Croc. auſtr.* ʒß. *Rad. doronici veri* ʒiß. *Reſinæ Storacis Calamitæ*, ʒj. *Balſami Indici de Peru*, *Olei nuc. Moſchat. expreſſi*, an. ℈ij. *Opobalſami veri oriental.* q. ſ. pro maſſa juſtæ conſiſtentiæ efformanda: addendo ultimò *Ol. ſtillat. Cinamomi* ℈j. fiat maſſa.

Eſt ſaluberrimum medicamentum confortativum, Cerebri atque ventriculi, in dirrhœa, Ljenteria, fluxu Hepatico, Gonorrhœa virulenta, fluore albo muliebri, colica paſſione & Nephritico dolore emolumento eſt.

Doſis quinque vel ſex pilulæ juſtæ magnitudinis ad inſtar piſorum, ante vel poſt cœnam ſumendæ. *Vid. corp. ph. p. 158. b.*

## Pilulæ Stomachicæ *aliæ* Regiæ *Zvvelff.*

℞. *Ambræ Gryſeæ* ʒj. Solvatur in *ol. ſtillat. Cinamomi*, *Caryophyllor.* ana ℈i. *Nucis Moſchat. exp.* ʒj. His adde: *Reſinæ Storacis calam.* ʒij. *Extracti lign. Aloës n. reſin.* ʒiiß. *Pulv. Maſtichis el. Olibani*, *Gummi Animæ*, *Succini albi* an. ʒij. *Macis* ʒiß. *Radic. Doronic. veri* ʒiiß. *Croc. Auſtriac.* ʒij. Miſceantur ac *cum melle Roriſmarini* efficiatur maſſa, è qua pilulæ, quotieſcunque uſus poſtulat, formandæ.

Ventriculum, Cerebrum, & totum nervoſum genus inſigniter roborantes. *Vid. corp. ph. p. 158. b.*

Pilu-

## Pilulæ de Styrace *ſive* Laudanum Pectorale *ex Schr.*

℞. *Styrac. Calamit.* ℥ij. *Laudan. Olib. Myrrh.* an. ℥j. *Succi Glycyrrh.* ℥iß. *Ambræ gryſ.* ℈j. *Extract. Opii* per ⚹ parati ℥j. *Croci* cum Spir. vin. facti ℈iv. M. *cum Syr. de Cort. Citri* ℥ij. F. Maſſa pilularum. Doſis eſt ad gran. x.

Siſtit pertinaciſſimam tuſſim & catarrhum ferinum. Prægnantibus non ſine abortus diſcrimine tuſſientibus multoties cum ſucceſſu dedit S. Cloſſæus Archiater apud Metenſes.

## Pilulæ Therebinthinatæ *Minſichti.*

℞. *Therebinthinæ Cypriæ in ſucco Limonum lotæ*, ℥iß. *Succ. portulacæ inſpiſſ.* ℥vj. *Ext. rad. Glycyrrhiz. Rhabarbari*, *Tartari vitriolati*, an. ℥iij. *Spong. in arbuſto roſar. ſylveſt. natæ*, *oſſ. Meſpilor.* an. ℥iß. *Sal. Succini alb. Nitri præp.* an. ℥j. *Mag. lap. Percar. piſc. Oc. Cancri* an. ℥ß. Miſc. & f. l. a. maſſa pilularum ex qua poſtea cum *Ol. Citri rect.* formentur pilulæ.

Mitum in modum ad frangendum calculum & ciendas urinas conveniunt, præcipuèque calidioribus naturis conferunt; Tartarum n. & arenulam ad miraculum usque expellunt. Gonorrhæam & id genus alia curant; nec non Hepatis Lieniſque obſtructiones liberant. Doſis longè à cibo à ℥ß. ad ℥j. Vid. corp. ph. p. 159. b.

## Pilulæ ad Tuſſim *ex Schræd.*

℞. *Succi Glycyrrhiz. Thur.* an. ℥j. *Myrrh. Croc. Opii* ana ℈j. *Cum Syr. pap. errat.* q. ſ. f. Maſſa. *Ex qua formata Catarrhos ſubtiles & ſalſos à capite ad*

*pectus incraſſant, ebullitiones humorum ſiſtunt, tuſſimque ſedant.* Doſis à gran. vii. ad ℈ß. Vid.corp.ph.p. 159.b.

## Pilulæ de Therebinthina *ad Gonorrhæam virulentam Zvvelſferi.*

℞. *Pulv. Antimonii Diaphoretici ritè ac recenter jamjam parati* ℥ß. *Cinnabaris nativi rubicundi, Terræ ſigillatæ Sileſ. Rad. Liquiritiæ raſæ, Ireos flor. Succini albi* an. ʒiii. *Oculorum cancrorum præpar.* ℥ß. *Maſtichis electæ, Olibani, Myrrhæ rubræ, Croci auſtriaci* an. ʒii. Miſceantur, ac cum ſ. q. *Therebinthinæ claræ* efficiatur maſſa, ex qua pilulæ mediocres efformandæ, quarum quatuor, quinque, vel plures doſi una exhibentur. Vid.corp.ph.p.159.b.

## Pilulæ Uterinæ *Minſichti.*

℞. *Maſſ. pilul. aloeph.* ℥j. *fæcul. bryon.* ʒj. *ſal. Jov. Angl. matr. perl. cor. rub.* an. ʒß. *extr. caſt. callor. equar.* an. ℈j. *ol. angelic.* ℈ß. *ol. ſuccin. rect.* q. ſ. F. Pil. Vid.corp. ph.p.160.b.

# PILULÆ ALTERANTES ET LAXANTES.

## Pilulæ Aloephanginæ Pharmacop. Perſicæ.

℞. *Zingib. caryophyll. cinamom. pip. nigri long. flor. pæon. maſtich. ſcamm. ſacch. alb.* an. conter. & F. Pilulæ; ubi quælibet ſemel purgabit. Vid.corp.ph.p. 162.b.

## Pilulæ de Aloe lota *P. A. V.*

℞. *Aloes cum ſucc. roſ. lot.* ℥j. *agar. troch.* ʒiij. *maſt.* ʒii. *ſpec. diamoſch. dulc.* ʒß. *cum vino malvat.* F. Pilulæ. *Vid.corp.ph.p.162.b.*

Pilulæ

## Pilulæ de Ammoniaco *Quercetani.*

℞. *Aloes cum aq. endiv. ſol. & purif.* ℥iv. *gum. amm. in acet. ſcillit. ſol.* & col. *myrrh. in vino* igne MB. diſſoluti, & dum calet transcolati an. ℥ß. *maſt. ſpec. diatr. ſant.* an. ʒß. *croc.* ℈ii. *ſal. frax. vel abſ.* ℈iv. cum *ſyr. ſtæch. vel de ſucc. roſ.* F. Pil. Vid. corp. ph. p. 163. b.

## Pilulæ Angelicæ *P. A. R.*

℞. *Aloes ſuccotr.* ℔j. diſſolve in *ſuccor. depurat. cichor. endiv. bugl. borrag. lupul. fumar.* an. ℥iv. *roſ. damaſc.* ℔j. lento igne ad juſt. conſiſt. deduc. adde *rhab. el.* ℥j. *ag. troch.* ℥ß. *cinamom. el.* ʒij. F. Pilulæ. *Vid. corp. ph. p.* 164. *b.*

## Pilulæ Aſſaieret Avicennæ *P. A. V.*

℞. *Spec. hier. picr. Gal.* ℥ß. *maſt. myrob. citr.* an. ʒij. *aloes* ℥j. cum *ſyr. de ſtæch.* F. Pilulæ. Vid. corp. ph. p. 164. b.

## Pilulæ Aloëphanginæ *Zuvelff.*

℞. *Ligni Aloës*, *Calami Aromatici*, *Cardamomi*, *Radicum Aſari*, *Schœnanthi*, *Spicæ Indicæ*, *Galangæ* an. ℥j. *Abſinthii*, *Roſarum* an. ʒv. Quæ contuſa & inciſa immitte cucurbitæ vitreæ, ac ſuperaffuſis *vini albi Generoſi* ℥v. vel ℥vj. appoſitoque capitello, & juncturis glutine probè munitis, excipe deſtillando per MB. aquam Spirituoſam, quouſque aliquid prodeat. Hanc prolectam aquam ſpirituoſam, quò magis ſpecierum ſubtiliores partes & virtutes elicias, ſi libet, dictis ſpeciebus in cucurbita reaffunde, iterumque eandem ad ſiccitatem ferè abſtrahe, & diligenter aſſerva. Relictas in cucurbita ſpecies, affuſa

aquæ

aquæ ſ. q. coque, & in decocto colato *Aloes ſoccotorinæ* ℔j. diſſolve, quam ſi impura ac ſordibus inquinata fuerit, per linteum vel ſetaceum priùs colatum leni calore penitùs iterum exicca. Jam quoq; *ſuperiori ſpirituoſâ aſſervatâ aquâ aromaticâ* dilue *Pulv. Myrrhæ, Maſtichis*, an. ℥v. *Croci* ℥iij. Et *cum dicta Aloë* in juſtam maſſæ conſiſtentiam redige; cui demum ſub finem admiſce *Ol. ſtillat. Cinamomi*, ℈ß. *Cubebarum* ℈j. *Nucis Moſchat. Macis, Caryophyllorum, Maſtichis*, an. ʒß. vel ℈ij. *Abſinthii* ℈ß. Ex quibus omnibus ſecundum artem permixtis, fiat maſſa pilularum præſtantiſſima. Vid. corp. ph. p. 160. b.

## Pilulæ Aloëphanginæ *Capitales & Stomachales Purgantes Zvvelff.*

Si quis maſſam harum pilularum catarthico aliquo validiore, ſive *Galappæ magiſterio*, aut *Scammoneæ*, vel etiam *decocto quodam ex Helleboro, Rhabarbaro, Foliis Sennæ* (quo Aloes priùs imbuenda iterumque exſiccanda eſſet) vellet acuere, Pilulas efficeret, quæ loco multarum eſſe poſſent; utpote

℞. *Rad. Hellebori nigri* ℥iij. fiat affusâ ſ. q. *aq. ſimpl.* repetitis vicibus decoctum, quo in diſſolve *Aloes ſoccotorinæ* ℔j. *Colata cum decocto Aloe* poſtea leniter iterum exſiccetur. Cui adde poſtmodum cætera harum pilularum ingredientia, *Myrrham ſcil. Maſtichen*; *Olea item deſtillata*, aut horum loco etiam aromatum partem dimidiam, prout in ſecunda præparatione jam ſuperiùs tradidi: fiatque malis capitis & Hypochondriorum affectibus proficua. Vid. corp. ph. p. 162. b.

## Pilulæ ad Catarrhos frigidos *Th. Hoffm.*

℞. *Ladan. depur.* ʒj. *nuc. m.* ʒß. *cardam.* ℈ß. *maſt.* gr. viij.

*olib.* gr. vj. *reſin. ſcam.* gr. viij. *moſch.* gr. iv. *Ambr.* gr. viij. *ol. ciuam.* gutt. vj. *citri* gutt. v. F. Pilulæ cum *aq. lil. conv.* Vid.corp.ph.p.164.b.

## Pilulæ de Creta Palmarii.

℞. *Aloes opt.* ℥j. *cret.albiſſ. ſuccin. alb. rad. gent. dict. alb. myrrh. opt.* an. ℥j. *mithrid.* ℈iv. *Tereb. lot.* ℥ij. *ſyr. alth.* q. ſ. F. Pilulæ.

## Pilulæ ad Epilepſiam *T. H.*

℞. *Ladan. depur.* ℥j. *extr. maſſ. pil. coch.* ℈j. *ſucc. alb. pp.* ℈ß. *ſal. vol. ſuccin. ſang. hum.* an. gr. xij. *reſin. jalapp.* ℈j. *moſch.* gr. v. *ambr.* gr. vij. F. cum *aq. fl. til.* Pilulæ.

## Pilulæ de Eupatorio *Zwelff.*

℞. *Succ. eupat. Meſ. agrim. hepat. nob. abſ. cich. ſylv. endiv. depur.* an. ℔j. quibuscum ſolv. *aloes ſuccotr.* ℔j. quæ iterum leniter cum ipſis facta prius colat. p. ſet. med. calore cinerum evaporet, cui, anteq. prorſus ad conſiſt. maſſ. red. ſit, adde *rhab.* ℥iß. *rhapont. veri* ℥j. *gum. amm.* cum vin. ad conſiſt. pulv. ſol. ℥j. *croc. or. vel Auſtr.* ℥ß. *ſal. armon. c. chalyb. ſublim.* ʒvj. *ext. hell. n.* ℥iß. F. Pilulæ. Vid. corp. ph.p.165.b.

## Pilulæ de Hiera cum Agarico.

℞. *Spec. hier. picr. Gal. agar. troch.* an. ℥ß. *aloes* ℥j. *mell. roſ.* q. ſ. F. Pilulæ. Vid.corp.ph.p.166.b.

## Pilulæ Hypochondriacæ *Norimb.*

℞. *Gum. amm. in acet. ſcill. ſol.* ℥ij. *aloes ſuccotr.* ℥iiß. *myrrh. maſt. aſſ. dulc.* an. ℥j. *ſal. hyper.* ʒj. *abſ. croc.* an. ʒß. *ſyr. abſ.* q. ſ. F. Pilulæ. Vid.corp.ph.p.166.b.

Pilu-

## Pilulæ Hieræ Picræ *Zuvelff.*

℞. *Cinamomi opt. Cubebarum, Aſari, Spicæ Indicæ, Maſtiches, Croci,* an. ℈ß. *Agarici Trochiſc.* ʒß. *Aloes ſoccotr.* ℥i. ʒiii. Diſſolvatur priùs Aloe juxta animadverſiones noſtras priores in mortario tepido *in infuſione roſarum*,; poſteà addantur reliquæ ſpecies in pulverem redactæ, fiatque maſſa pilularum juſtæ conſiſtentiæ. Vid.corp.ph.p.166.b.

## Pilulæ Immanuelis P. A. R.

℞. *Aloes ſuccotr.* ℥i. *myrrh.* ℈i. *croc. or.* ℈ß. *mithrid. Democr.* q. ſ. F. Pil. *Vid.corp.ph.p.166.b.*

## Pilulæ Imperiales *incerti Autoris P. A. R.*

℞. *Cinamomi, Amomi, Aniſi, Maſtiches, Cardamom. min. Zingiberis, Zedoariæ, Macis, Nucis Moſchatæ, Caryophyllor. Croci, Cubebarum, Ligni Aloes, Turbith. Mannæ, Agarici, fol. Senæ, Spicæ Indicæ, Myrobal. omnium,* an. ℈j. *Rhabarb.* ℥i. *Aloes* ℥ii. *cum Syrupo roſaceo* fiat maſſa. Parùm admodum purgant, ſed plurimum roborant ventriculum, & omnia viſcera refrigerata calefaciunt, ſicque facultatis naturalis robur tuentur & augent, ac ſanguinem Spiritus purificant Vid.corp.ph.p.166.b.

## Pilulæ Marocoſtinæ *Mindereri ex Schrœd.*

℞. *Mari veri*, *Croc. Orient.* an. ℥i. *Agar. Trochiſc. Coſt. veri Indici*, *Myrrhæ elect.* an. ʒiß. *Amoniac. Thym.* ʒiii. *Rhabarb. el.* ʒvi. *Lign. Aloes* ℥ß. *Aloes Soccotrin.* &c. 1. Solvatur Ammon. in ✝ Scillitic. 2. Diluatur Myrrha lævigata, in ✝ rutac. 3. Diluatur. Aloë lævigata *in mucharo roſar.* ℥vi. defœcetur, coleturque. Hinc miſtis his tribus affunde *Succ. Li-*

*Limon.* aut *Citri* ℥ iv. addeque *Agaricum cum Succis apii, fœnic. & abſinth.* in pulticulam ſubactum, accedente modica irroratione 🜄 *Cinamomi*, ut & *Rhabarbarum ſimili modo, cum ſuccis Cichor. Pimpinella*, ac fumariæ ſubactum. Commixtis his ita terantur *Crocus, Coſtus*, & *lignum Aloes*, diluanturque cum *aq. roſar. fragr.* & *ſucc. citr.* an. Tandem confunde utrumque & affunde *Aq. Lupul. Borrag. Betonic.* ℥ iv. *Card. bened. Agrimon.* ℈v. *Arthetic. Centaur. min. Roriſmarin. Ceraſ. nigr.* an. ℥ iv. Digerantur in MB. ♂♀ 3. dein decantetur liquor, filtretur & abſtrahatur in MB. poſtmodum inſpiſſetur ad conſiſtentiam pilularum. Ex fœcibus reſiduis fiat de novo Extractio, cum extillata illa & abſtracta 🜄 ſ. a. exprimatur leviter, coletur & inſpiſſetur pro pilulis. Vid. corp. ph. p. 167. b.

## Pilulæ Maſtichinæ *Petri Aponenſis* *P. A. R.*

℞. *Maſtiches* ʒ iv. *Agarici optimi* ʒiii. *Aloes electæ* ʒx. Cum ſ. q. *Mellis roſati* l. a. formetur maſſa.

Ventriculum ab omni morbo frigido & humido præſervant, ejuſque dolorem à frigida cauſa ortum tollunt, cerebrum quoque, oculos, & reliqua viſcera à noxiis ſuccis ſana præſtant, præcipuè verò uterum à putridis humoribus liberant, & tuentur, nec non alvum moderatè ſubducunt. Vid. corp. ph. p. 168. b.

## Pilulæ Matricales *D. D. Schefferi* *ex Schr.*

℞. *Sp. hier. picr.* ℥ß. *Extr. Aſar. Gentian. Ariſtoloch. Helen. Myrrh. Dictamn. alb. Rub. tinct. Croc.* an. ʒß. Miſc. f. pil. *cum Syr. Artemiſ.* inſtar piſorum.

Menſes cient & puerperia promovent, uterum ab impuritatibus liberant. *Vid. corp. ph. p. 169. b.*

### Pilulæ Matricales *VValdſchmidt.*

℞. *Fæcul. bryon. caſt. aſſ. fœt.* an. ʒß. *ſal. ſuccin. corall. Jovis* an. gr. xv. cum *gum. galb.* in aq. vit. mulier. ſol. q. ſ. F. pil. in fluore albo uſurp.

### Pilulæ Nobiles *Hoffſtadii.*

℞. *Aloes roſ. cum decoct. lign. ſanct. inſpiſſ.* ℥xij. *croc. mart. aper.* ℥iij. *gum. amm. in acet. ſcill ſol.* ℥ij. *ſal. tamar. cardb.* an. ℥j. *cochl. croc. or.* an. ʒij. *extr. gent. enul.* an. ʒiij. *rhab. comp.* ℥ß. *crem. tart.* ʒij. *diagrid. ſulph.* ʒiiß. *elix. p. P.* ℥ij. *ſal. vol. aloes* ℥j. F. Pilulæ.

### Pilulæ Peſtilentiales *Timæi.*

℞. *Aloes roſat.* ʒiij. *rhab. opt.* ʒiß. *agar. troch.* ʒj. *myrrh.* ℈ij. *extr. fol. ſen.* ʒij. *angel. enul. cardb.* an. ℈j. *croc.* ℈ß. *reſin. jalap.* ℈ij. *ol. citri* gutt. IX. *ſyr. roſ. ſol.* F. Pilulæ.

### Pilulæ Peſtilentiales *Schrœd.*

℞. *Aloes hep.* ℥j. *croc. myrrh.* an. ʒj. *Zedoar. gent.* an. ℈j. *rhab. el.* ʒij. *agar. alb.* ʒj. *ther. Andr.* nuc. jugl. quant. F. Pilulæ.

### Pilulæ Peſtilentiales *ſulph. Maetſii.*

℞. *Flor. ſulph.* ℥x. *myrrh.* ℥iß. *aloes* ℥j. *croc.* ℥ß. *elix. p. P.* q. ſ. F. Pilulæ.

### Pilulæ Polychreſtæ *Riverii.*

℞. *Maſſ. pil. Ruffi ant. diaph. gum. guaj.* an. ʒß. *balſ. Peruv.* q. ſ. F. Pil.

### Pilulæ Polychreſtæ *VVedelii.*

℞. *Reſin. jalap. rad. jalap.* an. ℈ß. *ol. aniſ.* deſt. gutt. i. *Elix. p. P.* q. ſ. F. Pilulæ.

### Pilulæ Polychreſtæ *Paulini.*

℞. *Extr. rhab.* ℈j. *troch. alb.* gr. ij. *mag. jalap.* gr. iij. *tart. em. Minſ.* gr. j. *aq. carmin.* q. ſ. F. Pil.

Pilulæ

### Pilulæ Aperientes *Tilemanni.*

℞. *Aloes lucid.* ℥j. *gumm. amm. in acet. ſcill. ſol.* ʒj. *tart. vitr.* ʒiij. *tinct. tart.* q. ſ. F. Pilulæ.

### Pilulæ Diambræ *Londin.*

℞. *Gum. guaj. rec. aloes rec.* an. ʒiij. *ſpec. hier. ſimp.* ʒiß. *maſt.* ʒj. *ambr. gryſ.* ʒß. *balſ. Peruv.* q. ſ. F. Pil.

### Pilulæ Phanchymagogæ *Quercetani* *ex Schrœd.*

℞. *Aloes optimè præparat.* (modo Quercet. vide libr. 4.) ℔ß. affunde *ſuccum violatum* optimè per digeſtionem depuratum, & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatum, expone calori ſolis vel ſimili, ſingulis diebus rudicula lignea agitando, ſic exactè paucis diebus commiſcebuntur. Mixtioni ſuo tempore (prout habere recenter poteris) adde *Succorum* (optimè, per digeſtionem depuratorum, & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatorum) ſc. *Flor. primulæ veris, Perſicæ arb Roſar. pallidar. Cichorii, Bugloſſi, Hyperic.* an. ℥iv. His cum Aloë perfectè mixtis (erit maſſa ℔ij. adde *Extract. Sennæ, Agaric. Rhabarb.* an. ℥ij. *Cinamomi, pulv. fœnic. Aniſ.* an. ʒj. *Spec. Diatr. Santali* ℈iv. F. Maſſa. *Vid. corp. ph. p. 169. b.*

### Pilulæ Peſtilentiales *Ruffi P. A. V.*

℞. *Aloes, Ammoniaci,* an. ℥j. *Myrrhæ* ℥ß. *Cum ſucco Limonum* fiat maſſa. *Vid. corp. ph. p. 170. b.*

### Pilulæ Polychreſtæ *D. E. ex* *Th. Hoffm.*

℞. *Aloes* Socotorin. ℥j. *Myrrh. el.* ʒvj. *Croc. or.* ʒj. *Mithridat.* ʒvj. Pulveriſ. minutiſſimè, miſce in mortario cum *Mithridat.* F. Pilulæ inſtar piſor. minimorum. Doſ. no. vij. horâ unâ & circiter ante cœnam; Inſequente die leniter alvum ſubducunt, & ventriculo

ac inteſtinis adnatas ſordes abſtergunt. Vid. corp. ph. p. 170. b.

## Pilulæ Proprietatis *Minſichti.*

℞. *Maſſ. pil. Aloephang. noſt.* ℥iiij. ☿ii ⊕lati ℥j. *Lact.* ♁ii ʒß. *Ext. lig. Aloes* ʒj. Miſc. & cum vino Malvatico f. Maſſa, ex qua *cum ol. ſem. Fœniculi* conficiantur pilulæ, in modum Aloëphangin. videlicet quantitate majores vel minores, & ſic quoque numero plures vel pauciores, prout occaſio eſt; poſtea fortiter deaurentur & ad uſum ſerventur.

Caput, pectus, Hypochondria & ſtomachum humoribus craſſis, pituitoſis, & putridis repleta, pedetentim quidem, ſed radicitus expurgant. Vid. corp. ph. p. 170. b.

## Pilulæ Peſtilentiales *D. D. Felicis Plateri P. A. V.*

℞. *Aloes* ℥iij. *Rhabarb.* ʒiß. *Agarici Trochiſcati* ʒj. *Myrrhæ electæ, Gummi Ammoniaci in Aceto diſſoluti* ana ʒij. *Croci* ʒß. *Camphoræ* ℈j. *Olei Zedoariæ* gutt. iij. *cum Syrupo ſcordii* f. maſſa. Ejuſdem cum ſuperioribus ſunt efficaciæ; & tempore graſſantis peſtis feliciſſimè uſurpantur. Vid. corp. ph. p. 170. b.

## Pilulæ de Rhabarbaro *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Rhabarb.* ʒiij. *Succi Glycyrrhizæ, Abſinthii, Maſtiches,* an. ʒj. *Myrobalanor. citrinarum,* ʒiiiß. *Sem. Apii, Fœniculi,* an. ʒß. *Trochiſc. Diarrhodon. Rhaſis* ʒiiiß. *Specier. Hieræ Picræ* ʒx. *Succi Fœniculi & Mellis.* an. quantum ſatis eſt. Fiat Maſſa. Humores educunt craſſos, lentos, multum putres & inde ortas febres diuturnas, ac ex aliis humoribus natas tollunt: Jecoris item dolorem, obſtructionem, duritiem, ac hydropem incipientem ſanant. Vid. corp. ph. p. 171. b.

Pilu-

## Pilulæ de Rhabarbaro *Zvvelff.*

℞. *Rhabarb. elect.* ℥ij. *Rhapontici veri* ℥iß. *Rad. Cichorii ſylveſtr. recent.* ℥ij. *Apii, Fœniculi*, an. recent. ℥j. *Myrobalan. Chebularum, Citrin.* an. ℥ß. *Cremoris* ♃i ʒv. Inciſa & contuſa coquantur in *aquæ ſimpl.* ſ. q. repetitis vicibus, ad omnimodam virtutum extractionem; Decoctiones colatæ, & expreſſæ & *album. ovorum* probè clarificatæ, ad ℔j. circiter evaporent, cui reſiduo addantur *Succi abſinthii noſtr. Agrimoniæ, Endiviæ, Hepat. nobil. Cichor. ſylveſtr.* an. depurat. ℥iij. In his mixtis ſolvantur *Aloes ſocotorinæ opt.* ℥vj. Factâ ſolutione & colatura per ſetaceum in calore leni evaporent, & exſiccentur ad conſiſtentiam Extracto ſpiſſiorem, ultimò superinjiciendo *Pulv. Maſtichis electæ* ʒvj. *Croci optim.* ʒiij. *Olei Ligni Rhodii* ʒj. Fiatque maſſa pilularum Epatica. In Diarrhœis diuturnis, Lienteriis, fluxibus hepaticis cruentis perquam utilis. Doſis ℈j ad ʒß. Vid. corp. ph. p. 171. b.

## Pilulæ Stomachicæ *Alkindi P. A. V.*

℞. *Myrobal. Citrinarum, Indarum, Chebularum*, an. ʒiij. *Roſarum, Maſtiches* an. ʒij. *Cardamomi, Ligni Aloes, Sandali Citrini, Cubebarum, Caryophyll. Schœnanthi, Nucis Moſchatæ*, an. ʒj. *Rhabarb.* ʒß. *Turbith.* ʒvij. *Aloes* ad pondus omnium. Fiat maſſa cum *Syrupo de Abſinthio.* Bilioſos ac pituitoſos humores, eos præſertim, qui caput, jecur & ventriculum obſident, vacuant, præterea ventriculum firmant, coctionem juvant, & appetentiam excitant. *Vid. corp. ph. p.* 172. *b.*

## Pilulæ de Succino *Dn. D. Joh. Cratonis.* *P. A. R.*

℞. *Pulv. ſuccini præp. Maſtiches* an. ʒij. *Aloes Socotor.*

ʒv. *Agarici Trochiſc.* ʒiß. *Ariſtolochiæ rotundæ veræ* ʒß. Cum *Syrupo de Betonica* formentur pilulæ.

Alvum leniter ſolvunt, ad catarrhos & inde provenientes oculorum, aurium & dentium dolores propulſandos feliciter uſurpantur. *Vid. corp. ph. p. 172. b.*

## Pilulæ de Succino *Ettmülleri.*

℞. *Succin. pp.* ℈ß. *ſal. vol. ſuccin. myrrh.* ana gr. v. *extr. croc.* gr. ij. *ſyr. pap.* q. ſ. F. Pilulæ.

## Pilulæ Tartareæ ſeu Melanagogæ *Quercetani ex Schrœdero.*

℞. *Cryſtall. vel Cremor. Tartari* ℥iij. *Polypod. quern.* ℥ij. *Paſſul. Corinthiac.* ℥iß. *Myrobalan. omnium* an. ʒß. *Flor. Bugloſſ. Borragin. Nymph.* ana p. j. Coquantur in ſ. q. *aquarum fumariæ* & *ſcolopendriæ* ad medietatis conſumptionem; hinc

℞. *Decocti hujus* depurati ac clarificati ℔ij. *Succi pomorum redolentium depurat.* ℔i. adde *folliculorum Senæ mundat.* ʒiij. *Turbith. rad. hellebor. nigr. veri* an. ʒiß. *Macis Myrrh. el.* à ℥j. *Caryophyll. Cinamom. Epithym.* an. ℥ß. Macerentur & digerantur ad ignem MB. (σ 4)
vaſe vitreo clauſo, deinde cum materia adhuc fer-
vet, fiat expreſſio, vel per ſetaceum trajectio. Cui
adde *Aloes depurat.* ℥iij. Omnia ſufficienter coagu-
lentur ad ignem lentum, addendo ſub finem dum
ferè refrigerata erit materia, ℞. *Spec. Diarrhod. Abb. Lætific. Gal. Troch. Dialac.* a. ʒj. *Sal. Abſinth. Fraxin.* a. ʒij. *Tinct. Croci* ℈ij. *Ol. Aniſ.* aliquot guttul. Reducantur in bonam pilularum conſiſtentiam.

N. His pilulis adjicit interdum *Eſſentias Aloes & Scammon. Eſſent.* (Extract.) *Rhabarb.* an. ʒiß. *Eſſent.* (Extr.) *ſen.* ℥j. & *Eſſent.* (Extract.) *Trochiſc. Alhand.* ʒß. plus minus, vocatque polychreſtas. *Vid. corp. ph. p. 172. b.*

Pilu-

## Pilulæ de Tartaro Quercetani *A. D. D.*

*Daniele Sennerto Correctæ P. A. V.*

℞. *Polypodii querni* ℥ij. *Radicum Aſari*, *Seminum Geniſtæ*, ʒß. *Paſſularum minorum* ℥iß. *fumariæ*, *Scolopendriæ* ana M. j. *Tartari albi* ʒvj. *Florum Bugloſſi*, *Borraginis*, ana Mß. Coquantur in *aquæ puræ* ſ. q. ſecundum artem. Decocti clarificati ℔ij, adde *Succi pomorum* ℔j. In his infunde *foliorum Senæ* ℥ij. *Follicul. Senæ* ℥j. *Turbith. electi* & *Gummoſi*, *Radicum Hellebori nigri*, *Styracis præparati* ana ℥iß. *Macis*, *Caryophyllor*. *Cinamomi*, *Epithymi*, ana ʒß. In vitro clauſo macerentur, & digerantur per quatriduum in BM. poſtea colentur. Colaturæ adde *Cremoris* vel *Cryſtallorum Tartari* ℥iij. *Aloes præp.* ſeu *extractæ* ℥iij. *Myrrhæ in vino ad ignem diſſolutæ* & percolatæ ℥j. Omnia iterum diebus tribus vel quatuor in Balneo Mariæ digerantur, & hinc inſpiſſentur, & coagulentur ad lentum ignem. Sub finem, dum adhuc materia ferè refrigerata eſt, *adde Specierum Diarrhodon. Abbatis Lætificant. Rhaſis*, *Trochiſcorum de Lacca*, an. ʒj. *Salis Abſinthii*, *Fraxini*, ana ʒij. *Eſſentiæ Croci* ℈ij. Reducantur in maſſæ pilularis conſiſtentiam; Si libet, & res poſtulat, *Scammonii*, *Rhabarbari*, *Trochiſcorum Alhandali Extractum*, & *Ammoniacum* addi poſſunt.

Utramque bilem purgant, omnes humores craſſos, Tartareos, ſalſos & mucilaginoſos à partibus profundiſſimis eliciunt, totam maſſam ſanguinis purificant, inde Maniacis & Melancholicis affectibus opitulantur. *Vid. corp. ph. p. 173. b.*

## Pilulæ de Tartaro *Schrœd.* *P. A. R.*

℞. *Aloes ſucotorinæ cum ſucco fragorum inſuccatæ* ℥j.

*Granorum Ammoniaci gummi*, ℥iiiß. *Salis martis ſubdulcis*, cum aceto deſt. parati, *Tinctura Croci Orient.* ana ℥j. *Magiſterii Tartari* purgantis ſive *terra Tartari foliata* ℥ij. *Extracti Gentiana* ℥iß. Cum Tinctura Tartari f. maſſa.

Saburram Tartaream & mucilaginoſam ex infimo ventre inprimis educunt, lienem, uterum & Hepar ab infarctu liberant, morboſque inde pronatos curant. Doſis ℈ß. veſperi antè cœnam aſſumta; quippe die ſubſequenti leniter dejectiones aliquot cauſantur. Vid. corp. ph. p. 174. b.

## Pilulæ Tartareæ Bontii *ex Schræd.*

℞. *Aloes ſoccotor. el.* ℥iij. *Gum. Ammoniac.* (*cum* ✠ *ſquill.*) depur. ℥iß. *Tart.* ⊖*lat.* ℈iß. Fiat lege artis maſſa.

Prioribus ſubſtitui poſſunt, maximi enim ſunt levaminis in morbis Tartareis, quales ſunt affectus Hypochondriacus, obſtructio Lienis, Meſenterii, &c. Vid. corp. ph. p. 174. b.

## Pilulæ Turbith. Aureæ *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Turbith.* ʒxvj. *Aloes* ʒxij. *Myrobalanorum Citrinarum* ʒx. *Maſtiches*, *Roſarum* ana ʒvij. *Croci* ʒiij. *Cum ſucco Abſinthii* fiat Maſſa. Stomachicis, Colicis, Nephriticis, ac inflatis proſunt, valentiores verò ſunt propter magnam Turbith. copiam. *Vid. corp. ph. p. 175. b.*

## Pilulæ Vaticanæ *Londinenſes.*

℞. *Cal. arom. ſem. aniſ. maſt. zing. cinam. zed. card. min. macis nuc. m. caryoph. croc. cubeb. lign. al. turpeth. mann. agar. ſenn. caſſ. lign. myrob. omn.* ana ℈j. *fol. cardb. ſcord.* ana ʒß. *rhab. opt.* ℥i. ℈ij. *aloes opt.* ℥ij. ℈iij. *ſyr. roſ. ſol. viol. ſol.* ana q. ſ. F. Pilulæ.

PILU-

## PILULÆ PURGANTES.

### Pilulæ Angelicæ *Brandenb.*

℞. *Succ. depur. borrag: bugl. cich. endiv. fum. lupul.* ana ℥iv. *roſ. Damaſc.* ℔j. ſolve in illis *aloes ſuccotr.* ℔j. ac leni igne couſque inſpiſſata, ut admiſtis *pulv. rhab.* ℥j. *ag. rec. troch.* ℥ß. *cinam. el.* ℥ij. F. Pil.

### Pilulæ Arthriticæ *Timæi.*

℞. *Extr. rad. hermod. c. aq. ivæ arth. fact. extr. chamædr. chamæp.* ana ℈iv. *reſin. jalap.* ʒj. gr. vi. *cryſt. tart.* ʒj. *fæcul. bryon.* ℈ij. cum *aq. noſtr. arthrit.* F. P.

### Pilulæ de Agarico *Meſuæ P. A. R.*

℞. *Agarici* ℥iij. *Iridis*, *Marrubii*, ana ʒj. *Turbith.* ℥v. *Specier. hieræ picræ*, *Galani* ℥iiij. *Colocynthidos*, *Sarcocollæ* ana ℥ij. *Myrrhæ*, ʒj. *Sapæ* quantum ſatis eſt. F. Maſſa. Thoracem à pituita putri & craſſa purgant, ob id antiquæ tuſſi & aſthmati aliisque Thoracis vitiis, à craſſis & pituitoſis humoribus ortis auxiliantur. *Vid. corp. ph. p.* 175. *b.*

### Pilulæ Aggregativæ Majores *Meſuæ P. A. R.*

℞. *Myrobalanorum Citrinarum*, *Rhabarbari* ana ℥iiij. *Succor. inſpiſſator. agerati*. *Abſinthii*, ana ℥iij. *Diagrydii* ℥vj. *Myrobalan. Chebularum Indatum*, *Agarici*, *Colocynthidos*, *Polypodii*, ana ℥ij. *Turbith. Aloes*, ana ℥vj. *Maſtiches*, *Roſarum*, *Sal. Gem. Epithymi*, *Aniſi*, *Zingiberis* ana ʒj. cum *Syrupo roſato*, *ſol.* f. Maſſa. *Vid. corp. ph. p.* 176. *b.*

### Pilulæ Aggregativæ minores *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Myrobal. Citrinarum Indarum*, *Emblicarum*, ana ℥iij. *Maſtiches*, *Aniſi*, *Succor. inſpiſſatorum agerati*, *Abſinthii*, *Roſarum* ana ℥ij. *Rhabarbari* ℥v. *Specierum Hie-*

*Hiera picra Galeni*, ℥xij. *Cum ſucco Apii* formetur maſſa. Pituitam & bilem utramque è ventriculo & capite purgant, obſtructiones hepatis aperiunt, ipſumque cum ventriculo roborant, febres antiquas, pruritum, & ulcera maligna juvant. Vid. corp. ph. p. 176. b.

## Pilulæ de Aloë & Maſtiche *Nicolai Myrepſi P. A. V.*

℞. Aloes ℥j. *Maſtiches* ℥ß. *Caryophyllorum, Roſarum rubrarum* ana ʒj. *Croci, Diagrydii* ana ℈ij. *Cum ſucco Abſinthii* f. maſſa. Ventriculum ſine moleſtia purgant, ex eoque bilem & pituitam eliciunt, ac nutritioni dicatis partibus robur præſtant. Vid. corp. ph. p. 176. b.

## Pilulæ Aloëphanginæ *Minſichti.*

℞. *Fol. Senæ elect. ſ. ſtip.* ℥iiij. *Rad. Polypodii* ℥j. *Hellebori nig.* ℥j. *Troch. Alhandal. Cort. Arantiorum, ſem. Cymini*, ana ℥ß. *Herb. Abſinthii Pont. Card. benedict. Chamæpytios, Veronicæ* ana M. j. *Florum Cordialium, Stœchad. Arab. Centaur. min. Chamomillæ*, ana p. iij. Craſſiuſculè contuſa infundantur in *Vini Malvat.* ſ. q. coquantur igne lento, ad remanentiam tertiæ partis, deinde exprimantur fortiter & colentur, in colaturæ ℔ij. ſolve *Aloes ſocotorinæ* opt. & perlucidæ ℥xvj. Agitentur continuè in loco calido, uſque dum inſpiſſentur, poſtea adde; *Spec. Diamoſch. dulc. Diambræ* ana ʒß. *Mag. Myrrhæ rub. Maſtichis, Croci Oriental.* ana ʒiij. *Ol. Chamomillæ Rom. Succini alb. rect. Roriſmarini*, & *Carvi* ana ʒß. Miſc. & incorporentur, ut fiat juſtæ conſiſtentiæ maſſa pilularum. Ad omnia capitis vitia & dolorem, Vertiginem, Hæmicraniam, Epilepſiam, Apo-

Apoplexiam, &c. propriè conferunt, Viſum roborant, Mentis vigorem conſervant. *Vid.corp.ph.p.* 176.*b.*

## Pilulæ de Aloë Roſata *Zwelff.*

℞. *Aloes Socotorinæ* ℔j. ſolvatur in ℔iij. *Muchari ſeu infuſionis Roſarum* ſolutivi, factâ poſteà colaturâ per cribrum ſetaceum, leni calore cinerum exſiccando ad competentem maſſæ pilularum conſiſtentiam reducantur, addendo ſub finem *Diagrydii Sulfurati* ℥j. vel hujus loco *Reſinæ Scammoneæ amygd. dulc.* probè ſubactæ ʒvj. Item: *Olei roſarum veri* ℈j. vel ſi hoc deſit, *Olei Ligni Rhodii* ʒiß. fiatque Maſſa pilularum.

Leniter purgant, Hepar roborant, adſtrictam alvum in parva etiam quantitate ſolvunt, ac humorum putredinem arcent; Loco pilularum Angelicarum meritò eſſe poſſunt. Doſis ℈ß. uſque ad ℈j. *Vid.corp.ph.p.* 177. *b.*

## Pilulæ de Aloë Violata Zwelff.

℞. *Aloës ſocotorinæ*, vel ſi mavis, ut validiùs operentur, *Aloës hepaticæ* ℔j. Solvatur *in infuſionis violarum ſolut.* ℔iij. Colatura facta per cribrum ſetaceum, leniter calore cinerum exſiccetur, & ad conſiſtentiam maſſæ Pilularum reducatur, addendo ultimò *Reſinæ Scammoneæ* Amygd. dulc. probè ſubactæ ʒvj. vel loco hujus *Diagrydii Sulphurati* ℥j. item odoris gratiâ *Olei Fœniculi* ʒj. F. Maſſa pilularum.

Blandiſſimam promovent evacuationem, & viſcera naturalia corroborant; Data à granis octo ad ℈ß. *Vid.corp.ph.p.* 177.*b.*

## Pilulæ de Aloe violantes *Norimbergenſ.*

℞. *Aloes puræ* ℔j. *Muchari violarum è floribus integris* ℔iij. *Reſ. Scammon.* ℥vi. *Maſtich.* ℥iii. Fiat ſecundum artem maſſa, ex qua formentur pilulæ. Vid.corp.ph.p.177.b.

## Pilulæ Arabicæ *Nicolai P. A. R.*

℞. *Aloes optimæ* ℥ii. *Radicis Bryoniæ, Myrobal. omnium, Maſtiches, Diagrydii, Aſari, Roſarum* an. ℥ß. *Caſtorei* ℥iß. *Succi fœniculi* quantum ſatis eſt, formetur Maſſa. Omnes humores purgant; auditum amiſſum reparant, vertigini, hæmicraniæ, ac dolori capitis ſuccurrunt. *Vid.corp.ph.p.* 178. *b.*

## Pilulæ aureæ *Nicolai* P. A. R.

℞. *Aloes, Diagrydii ana* ℥v. *Roſarum rubrarum, Sem. Apii* an. ℥iiß. *Sem. Aniſi, fœniculi* ℥iß. *Maſtiches, Pulpæ colocynthidos, Croci* an. ℥i. *Mellis roſati ſolutivi* q.ſ.f. Maſſa. Caput expurgant, ſenſus omnes, præcipuè oculorum aciem exacuunt; flatus ventriculi & inteſtinorum diſſolvunt, ac citra moleſtiam alvum dejiciunt, ad ſtomachicos, colicos, nephriticos & inflatos valdè probantur. Vid.corp.ph.p. 178.b.

## Pilulæ Arthriticæ Nicolai *P. A. R.*

℞. *Hermodactylorum, Turbith. Agarici,* an. ℥ii. *Caſſiæ ligneæ veræ, Spicæ Indicæ, Xylobalſami, Carpobalſami, Galangæ, Caryophyllor. Macis, Aſæ fœtidæ, Zingiberis, Maſtiches, Sem. Fœniculi, Aniſi, Saxifragiæ, Aſparagi, Ruſci, Milii ſolis, Roſarum, Salis gemmæ* an. gran. xv. *Diagrydii* ℥ß. *Aloes opt.* ad pondus omnium, id eſt ℥xivß. *Succi Fœniculi* q. ſ. F. Maſſa.

Ad

Ad Arthriticos dolores & podagræ inſultus, nec non frigidorum humorum in articulos procubitus, aut defluxiones adhibentur. *Vid.corp.ph.p.178.b.*

Pilulæ Arthriticæ Schæfferi *ex Schrœd.*

℞. *Reſin. Jalapp.* ʒß. *Extr. Rhabarb.* ℈j. *Ariſtoloch. rot.* ℈iv. *Gentianæ*, ♃ri ⊖lati an. ℈j. *Diagrydii Roſati* ℈iv. *Magiſter.* ♂ ℈j. M. & cum *eſſent. fol. Sen.* fiant pilulæ num. xxx. ex ʒj. quæ deaurentur. Hæ pilulæ apprimè conveniunt in catarrhoſis defluxionibus, inprimis iis, quæ ad artus decumbunt, pituitam & ſeroſos humores blandè educunt, & viſcera obſtructionibus liberant. Doſis v. vj. vij. vel ix.

Acuuntur interdum Troch. Alhandal. Mag. gutt. gem. &c. *Vid. corp. ph. p. 179. b.*

Pilulæ Benedictæ *Schrœderi.*

℞. *Aloes rot.* ℔ß. *gumm. amm. gutt.* ℥ij. *ſucc. cardb. inſpiſſ.* ℥i. *aq. cardb.* q. ſ. F. pilulæ.

Pilulæ Benedictæ *Timæi.*

℞. *Pulv. fol. ſen. rhab. el. ag. troch.* an. ℥ii. *reſin. jalap.* ℈iv. *maſt.* gr. xv. *ol. nuc. m. ſtill. abſ.* an. gutt. ix. *ſyr. cardb.* q. ſ. F. pil.

Pilulæ Benedictæ M*inſichti.*

℞. *Troch. Alhandal. cum Sp. Sulfuris prius irrorat.* & iterum exſiccat. *ext. pil. Aloëphang. noſt. Scammonii roſati*, an. ℥i *Sp. vitrioli* ℈i. Miſc. & in mortario lapideo & cum piſtillo lapideo, & cum *aq. Benedict. Serpilli noſt.* Fiat maſſa; ex qua poſtea cum *Ol. Chamomillæ Rom.* ex quolibet ℈ formentur pilulæ num. v. Omnes humores implicatos à Capite, Ventriculo, Hepate, Splene, viſceribus & nervis, ſufficienter

eva-

evacuant. Doſis à pil. 3. ad 4. 5. 6. præſertim in robuſtioribus.

## Pilulæ Extracti Catholici *Pharmacop. Hagienſis & Amſtelod.*

℞. *Pulpæ colocynthidis* ℥vj. *Agarici albi*, *Fibrarum Helleb. nigr. Pulv. Diarrhodon. Abbat.* ana ℥ß. Extrahe ex his tincturam per *Spir. vini*, cui colatæ adde *Aloes lucidæ* ℥j. *Scammonii puriſſ.* ℥ß. Et evaporent in Extracti conſiſtentiam. *Vid. corp. ph. p. 179. b.*

## Pilulæ Catholicæ *Minſichti.*

℞. *Maſſ. pil. ſine quibus*, *Aurearum*, *Cochiar.* an. ℥ß. *Ext. Hellebori nigri, Colocynthid.* an. ʒiij. *Tartari vitriolati, Scammonii roſat.* an. ʒij. *Sp. vitrioli* ℈j. Miſc. & cum *ol. ſem. Fœniculi* f. l. a. Maſſa pilularum: Et ſi adhuc eſſentia extractorum liquida nimis, fac ut *Spiritus vini* ſufficienter lento calore ab illis evaporet; hoc etiam in reliquis compoſitionibus æquè obſervandum eſt.

Magnificè & citra moleſtiam alvum dejiciunt, Caput, Cerebrum, Ventriculum & Senſoria craſſis, putridis, pituitoſis, bilioſis & Tartareis humoribus & ventoſitatibus repleta, magna efficacia expurgant. *Vid. corp. ph. p. 180. b.*

## Pilulæ Cephalicæ *Minſichti.*

℞. *Scammonii roſat.* ʒiij. *Ext. pil. Cochiarum, Hellebori nigr.* an. ʒiß. ☿ii ⊖-*lat. Spec. Diambræ* an. ʒß. *Ol. Succini alb. Majoranæ* an. ℈ß. Miſc. & fiat l. a. Maſſa pilularum; ex qua poſtea cum *Ol. Fœniculi* formentur pilulæ.

Caput, Cerebrum, Senſuſque omnes, Ventriculum, Uterum, & alia viſcera à frigidis, craſſis, ſeroſis, pitui-

pituitoſis & putridis humoribus mirificè expurgant, & in articulorum & colicis doloribus &c. valdè celebres ſunt. Doſis à ℈j. ad ʒß. *Vid.corp.ph.p.* 180. *b.*

## Pilulæ Cochiæ Rhaſis *P. A. R.*

℞. *Specier. Hieræ picræ Rhaſis.* ʒx. *Pulpæ colocynthidos* ʒiii. ℈i. *Diagrydii* ʒiiß. *Stœchadis, Turbith.* an. ʒv. *Syrupi de Stœchade* quantum ſatis, f. maſſa.

Cephalicæ rectè dicuntur, eò quod caput magna efficacia expurgent, ideoque à nervis craſſos, pituitoſos, & frigidos humores evacuent. Vid.corp.ph.p. 180. b.

## Pilulæ Cochiæ minores *Le Mort.*

℞. *Aloes Lucidæ, Scammon. puriſſ. Pulp. colocynthid.* an. ʒß. ☍ *Caryophyllor.* gutt. x. cum *Elix. propr.* fiat maſſa. Doſis à gr. vi. ad ℈ß. & ultra. Vid.corp.ph.p. 180. b.

## Pilulæ de Colocynthide *Meſuæ* *P. A. V.*

℞. *Pulpæ colocynth.* ʒvj. *Myrobalan. Indarum, Citrinarum, Sagapeni, Bdellii, Sarcocollæ,* an. ʒv. *Aloes* ʒvii. *Nigellæ, Cumini Carmani Orient. Origani Cretici, Naſturtii albi ſativi, Salis Gemmæ, Abſinthii Romani* an. ʒi. *Succi porri* q. ſ. F. Maſſa. Articulorum doloribus proſunt, pituitoſos quoque & Melancholicos affectus profligant, unde etiam alvos curatu difficiles ad ſanitatem perducunt: cautè tamen iis utendum; magna enim colocynthidis quantitas compoſitionem hanc ingreditur, unde ad alias ſolum pilulas acuendas quandoque adhibentur, *Vid.corp.ph.p.* 180. *b.*

Pi-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

## Pilulæ de Eſula Fernelii *ex Schræd.*

℞. *Cortic. rad. Eſulæ minor.* maceratæ hor. 20. in ✝ & ſucco portulacæ ʒ i i. *Grana Ricini* expurgata & torrefacta num. 40. *Myrobalanor. Citrinor.* ʒiß. *Chamædrios, Chamæpiſtios, Spicæ nardi, Cinamomi*, an. ℈ii. Omnia tenuiſſimè trita excipiantur *Tragacanth.* ▽ *roſar. ſolut.* ʒi. F. Maſſa. N. Eſula non ſit recens, ſed ſaltem ante menſes octo collecta.

Quoad vires, valdè turbant, ſed ſunt efficaces in corporibus robuſtis. *Vid. corp. ph. p. 181. b.*

## Pilulæ de Euphorbio *Meſuæ* P. *A. V.*

℞. *Euphorbii, colocynth. Agarici, Bdellii, Sagapeni*, an. ʒii. *Aloes* ʒv. cum *ſucco porri*, f. Maſſa.

Pituitam craſſam ex partibus remotiſſimis potentiſſimè educunt; nervorum item reſolutioni, ſiderationi, Paralyſi, articulorum malis, à nimia humiditate profectis, ac hydropicis conferunt. Vid. corp. ph. p. 181. b.

## Pilulæ de Euphorbio *Quercetani ex Schræd.*

℞. *Euphorb. præp.* (ad modum Quercet. vid. lib. 4.) ʒi. *Spic. Nardi, Maſtichis*, an. ʒvi. *Opopanac. Sagapeni præp. Bdell.* ana ʒß. *Agaric. Troch.* Alhandal. an. ʒiii. *Syrupi violati aciduli* q. ſ. F. Maſſa.

Vires mirabiles ſunt contra omnis generis febres chronicas, intermittentes atque quartanas, nec non contra omnes cachexias, hydropiſin, & colicos dolores. Doſis à ℈i. ad ℈ii. Vid. corp. ph. p. 181. b.

## Pilulæ familiares *Minſichti.*

℞. *Maſſ. pil.* Aloephang. *noſt.* ʒij. *Rad. Jalappæ reſinoſ.* ʒi. *Acidi Tartari* ʒß. *Mag. Scammonii*, *Ext. Rhabarb.* an. ʒii. *Spir. Salis rect.* ʒi. Miſc. & cum

*vino*

*vino Malvatico* f. Maſſa Pilularum ; Ex qua poſtea cum Ol. Aniſi vel alio conveniente formentur pilulæ parviſſimæ in modum Aloephang. quæ deaurentur fortiter.

In catarrhis exſiccandis, & obſtructionibus reſervandis, valdè illuſtres, nec non ad varios capitis, Stomachi, Lienis, &c. affectus, efficaces ſunt. Vid. corp. ph. p. 181. b.

## Pilulæ febriles ſ. ♁ ales *ad febres Hartmanni ex Schr.*

℞. *Vitri* ♁*ii* (juſto tempore, ſi fieri poteſt, & diligentiſſimè) præparati; præterea cum *Spir.* ⊖*li* albificati & tenuiſſimè pulveriſat. ℥ß. *Sacchar. cand.* ℥iii. *Farin. tritic.* ℥iv. *Croci elect.* ℈i. Coque cum ∇ *commun.* l. △. ad conſiſtentiam pultis ; cavendum tamen ſtudioſè, ne in fine maſſa aduratur, ſed ferè panis formam habeat. Aſſervantur in integritate ſua quadriennium ; poſtea tandem Scabritiem contrahunt, minus deinde utiles.

Quoad Vires : mirificè febriles mineras, aliaque ſymptomata exhauriunt. Exhibentur ante Paroxyſmi inſultum, cum veſtigia horroris gliſcunt. Doſis à ℈ß. in pueris, ad ʒi. in adultis fortioribus. *Vid. corp. ph. p. 182. b.*

## Pilulæ febriles ad Quartanam *Sennerti ex Schr.*

℞. *Ol.* ♁*ii Saccharati* ʒi. *Aloes ſocotor.* ℥ß. *Ambr. gryſ.* ʒii. *Croc.* ʒiiß. (vel *Eſſent. croc.* ʒi.) f. Maſſa pilularum. Vires : purgat per inferiora, nonnunquam per ſudorem. Doſis ℈ß. ante paroxyſmum cum conſerva v. g. roſarum, &c. *Vid. corp. ph. p. 182. b.*

Pilu-

## Pilulæ febrifugæ D. D. *Schefferi* *ex Schr.*

℞. *Sp. hier. picr. Reſin. Jalapp.* an. ʒii. *fecul.* Aron. *Eſſent. Rhabarb. lign. colubr. Gentian. Centaur. roſar. rubr. Diagryd. roſat.* ♃*i* ⊖*lat.* an. ℈i. *Ol. Citri* g. v. M. f. cum *Eſſent. fol. ſen.* pil. n. xxx. pro ʒi.

In omnibus febribus intermittentibus admodum utiles ſunt, & in ventriculi compreſſionibus, ejusq; cruditatibus à bile & pituita ortis, vermes quoque expellunt. Doſis iii. iv. v. vi. vii. Vid. corp. ph. p. 182. b.

## Pilulæ fœtidæ majores *Meſuæ* *P. A. R.*

℞. *Sagapeni, Ammoniaci, Opopanacis, Bdellii, Colocynthidos, ſem. Rutæ hort. ſiccæ* Aloes, *Epithymi* an. ʒv. *Hermodact. Eſulæ præp.* an. ʒii. *Scammonii præp.* ʒiii. *Cinamomi, Spicæ Indicæ, Croci, Caſtorii* an. ʒi. *Turbith.* ʒiv. Zingiberis ʒiß. *Euphorbii* ℈ii. *Succi porri depurati* quantum ſatis eſt. f. Maſſa.

Pituitam craſſam, lentam ac tenacem evacuant, ob id affectibus inde natis; Arthritidi, Podagræ, Gonagræ, ſpinæ quoque ac juncturarum, nec non ventriculi & coli doloribus proſunt. Vid. corp. ph. p. 183. b.

## Pilulæ fœtidæ *Pharm. Amſtelod.*

℞. *Trochiſc.* Alband. Aloës *Lucidæ*, Ammoniaci, *Opopanacis, Sagapeni*, Myrrhæ, *Epithymi, ſem. rutæ* ana ʒv. *Scammonii præp.* ʒiii. *Radic. Turbith. Gummoſ.* ℥ß. *Eſulæ minoris Hermodact.* an. ʒii. *Zingiber.* ʒiß. *Spicæ Nardi Indicæ*, Cinamomi, *Croci*, Caſtorei an. ʒi. *Euphorbii triti* ℈ii. Cum *ſucco foliorum porri* fiat maſſa. Vid. corp. ph. p. 183. b.

## Pilulæ de fumaria *Avicen.* P. *A.V.*

℞. *Myrobal. Citrinarum; Chebularum, Indarum* an. ℥v. *Succi fumi terræ* q. ſ. Omnia in pulverem redacta ſucco fumi terræ jam dicto comprehendito, ſiccarique poſtea ſinito; dehinc rurſus trita novo ſucco excipito, rurſusque ſiccato, & ſic tertium iterato, ac poſtmodum in maſſam formato.

Pituitam ſalſam, bilioſos itidem, acres ac aduſtos humores, à quibus pruritus & ſcabies oriuntur, ſolvunt, & ſanguinem mundificant. *Vid.corp.ph.p.* 184.*b.*

## Pilulæ Gummoſæ S. Cloſſ. *ex Schræd.*

℞. *Gumm.* Ammon. *Galban.* in aceto ſcillit. liquat. & per linteum traject. an. ℥iij. *Aloes* in veſica *Myrrh.* an. ℥ii. *Maſtich. Croci Or.* an. ℈ij. *Turbith. Agar. Trochiſc.* an. ℈iv. *Trochiſc. Alband.* ℥j. *Scammon. præp.* in Sp. vin. ℥iß. *Balſami Peruv.* tepidi ℥iij. M. omnia, ſimul & adde ☿ *cum* ☉ *præcipit.* ℥ij. Fiat Maſſa pilul. in Aluta *Ol. Amygdal. dulc.* involvenda; coquenda ſunt lento igne, donec 🜊 paulatim evaporato (ſpatula ſemper agitando) materia in maſſam reducatur. Doſis cap. ij. aut iij. inſtar baccarum juniperi hora prima ante cœnam & in ingreſſu lecti.

Quoad vires: Dupliciter agunt in morbis quartanariis, hydrope, cachexia, chloroſi, Menſtruis provocandis, ictero utroque; primò per vim ſuam attenuantem, & emoll. hinc materiam præparant, Catarcticis expellendam; ſecundo humores liquatos fluxileſque redditos blandè expurgant. *Vid.corp.ph.p.* 184.*b.*

## Pilulæ de Hermodactylis *Majores Meſuæ.*

℞. *Hermodactylorum, Myrobalanarum Citrinarum, Aloes, Turbith. Colocynthidos, Bdellii puri, Sagapeni* an. ℥vj. *Caſtorii, Sarcocollæ, Euphorbii, Opopanacis, Sem.*

*Rutæ ſativæ, Apii* ana ℥iij. *Croci* ℥iß. *ſucci braſſicæ ſive caulium*, quantum ſatis eſt. Fiat Maſſa.

Craſſos, viſcidos, & frigidos humores ex remotiſſimis partibus educunt, quo nomine Arthritidi conveniunt. *Vid. corp. ph. p.* 184. *b.*

## Pilulæ de Hiera Compoſita *Nicolai Myrepſi P. A. V.*

℞. *Cinamomi, Spicæ Indicæ*, Croci, *Schœnanthi, Xylocaſſiæ, Xylobalſami*, Carpobalſami, *Violarum, Rad. Aſari, Abſinthii, Epithymi*, Agarici, *Roſarum, Turbith.* Colocynth. *Maſtiches*, an. ℈ij. *Aloes opt.* ad pond. omnium, fiat maſſa *cum ſucco Endiviæ.*

Capitis & nervorum vitiis à pituitoſis humoribus natis opem ferunt, ac noxios ventriculi humores, frigidos præſertim & tenaces, turbant. *Vid. corp. ph. p.* 184. *b.*

## Pilulæ Hydropicæ *P. A. V.*

℞. *Aloes electæ, Diagrydii*, Caryophyll. an. ℈iiß. *Colocynth. fol. Senæ, Gummi Arab.* an. ℈j. gr. v. *Euphorb. præp. Nucis Moſchatæ*, an. gr. xv. *Succi cort. mediani Sambuci* & *Abſinthii* an. quantum ſatis eſt. Fiat Maſſa.

Hydropicorum aquas, ac tenue ſerum evacuant. *Vid. corp. ph. p.* 185. *b.*

## Pilulæ Hydropicæ Bontii *Medici apud Hollandos* Celeberrimi *ex Schr.*

℞. Aloes *opt.* ℥iiß. *Gum. Gutt.* ſubtiliter pulver. & *cum Malvatico* diſſoluti & lævigati ℥iß. *Diagryd.* eodem modo parati ℥j. *Gum. Ammoniac.* ℥iß. ♀i ⊖lat. ℥ß. cum *Syrup. roſ. ſol.* F. Maſſa.

N. Hæ ſunt illæ pilulæ ex quibus una cum Tartareis *Bontius* Principis Auſtriaci Medicus, maximam ſibi famam acquiſivit.

Edu-

Educunt aquas potenter. Doſi ℈ß. ad ℈j. *Vid. corp. ph. p.* 185. *b.*

## Pilulæ Hydragogæ *Minſ.*

℞. *Turbith. mineral.* ʒß. *Ext. Hellebori nigri, Colocynth.* an. ʒiij. *Rhabarb. Elaterii* an. ʒij. *Mag. Corallor. roſat. Hyacinth. præp.* an. ʒiß. *Croc. Metallor. Abſinth. Gum. de Peru, Roſat. Spir. Vitriol. dulc.* ʒß. Miſc. & cum *ol. Macu, Caryophyllorum, Cymini & Cinamomi* an. ſ. q. f. l. a. Maſſa pilularum, ex qua poſtea cum *Ol. Chamomillæ* formentur pilulæ.

In Cachexia, Hydrope, Scabie, Serpigine, Impetigine, Pruritu, &c. Catharcticum eſt ſtupendum imò ſpecificum. *Vid. corp. ph. p.* 185. *b.*

## Pilulæ Hydroticæ *Zvvelff.*

℞. *Aloes electæ, Diagrydii, Caryophyll.* an. ℈iiß. *Colocynth. fol. Senæ, Gummi Arab.* ana ℈j. gr. v. *Euphorbii præp. Nucis Moſchatæ*, ana gr. xv. *Succi Cort. median. Sambuci & Abſinthii.* an. q. ſ. F. Maſſa. *Vid. corp. ph. p.* 185. *b.*

## Pilulæ Hydroticæ *aliæ Zvvelfferi.*

℞. *Succ. inſpiſſat. abſinthii, Agrimoniæ, Ireos noſtrat. Extr.* ſeu *Decoct. inſpiſſat. Rad. Hermodact. Ebuli, Cort. median. Sambuci,* Centaur. *min.* an. ʒß. *Elaterii* ſeu *ſucci inſpiſſati, extracta* aut decocta *ſuperius denominata*, & leni calore ignis, non Solis, (plus enim Solis, quàm ignis calore vegetabilibus à ſua ſtirpe vel radice evulſis de viribus detrahitur,) ad debitam conſiſtentiam, abſtrahantur, addendo (ſi lubet) de pulveribus ſeu oleis deſtillatis, quæ congrua videntur; utpote pilulis hiſce hydragogis, ante totalem autem earum exſiccationem, *Pulv. Maſtichis, Myrrhæ, Succini albi* an. ʒiij. *Magiſterii*

*Galappæ* amygd. ſubacti ℨiß. Et poſtquam competentem conſiſtentiam jam nacta eſt maſſa, nec amplius in calore detinenda, ſuperadde *Ol. Still. Cinamomi, Calami aromat. Caryophyll. an.* ℨß. Miſc. omnia exactè, fiatque maſſa juſtæ conſiſtentiæ. Doſis ℈ß. ad ℈j. & ℨß. Vid. corp. ph. p. 186. b.

## Pilulæ Hydroticæ *Phar. Norica.*

℞. *Aloes opt.* ℨiiß. *Gummi Guttæ, cum Malvatico* ſolut. & lævigat. *Ammoniaci* an. ℨiß. *Diagrydii* ritè ppti ℨj. ♀ri *Vitriolat.* ℨß. cum *Syr. roſar. ſolut.* F. Maſſa. Vid. corp. ph. p. 187. b.

## Pilulæ Hypochondriacæ *ex Schræd.*

℞. *MP. Tartar. Marcocoſtin. Extr. fol. Senn. Diacatholic.* ana ℨß. *Sal. ſuccini volatil.* gr. iij. *Ol. d. Macis* gutt. vj. form. pilul. gr. j. pondere, inſperg. *pulv. roſ. rubr.* Vid. corp. ph. p. 189. b.

## Pilulæ Anti Hypochondriacæ *Familiares Zvvelfferi.*

℞. *Pulv. Maſtichis elect. Myrrhæ transfluidæ, Olibani in granis, Succini albi* an. ℨij. *Croci opt.* ℨiß. *Rhabarb.* ℨß. *Agarici Trochiſc.* ℨij. *Magiſterii Gialapp. Amygd. dulc.* probè ſubacti ℥ß. Miſceantur exactè, ſingulis tamen ſeparatim in pulverem prius redactis: poſtea ſolvantur in mortario lapideo calido, ad pultis formam *Pulv. Aloes ſocotorin.* ℥iv. cum ſ. q. *Elixir. propriet. Paracelſi*, addendo ſtatim *Extracti Hellebori nigri* n. m. parati ℨiß. & pulveres ſuperiores, item *ol. Still. lign. Rhodii* ana ℈ij. Fiat ſ. a. maſſa pilularum, ex qua formentur pilulæ mediocres, piſorum inſtar, quarum quatuor vel quinque bihorium à cœna ſumendæ.

In obſtructionibus Hypochondriorum, dolore capi-

capitis aliiſque affectibus, quibus evacuatione opus eſt, quoties in ſexu utroque feliciſſimè operantur. *Vid. corp.ph.p.187.b.*

Pilulæ Anti-Hypochondriacæ *aliæ Zvvelff.*

℞. *Rad. Hellebori nigri* ℥iv. *Aſari* ℥ß. *Hermodact.* ℥j. *Roſar. rubr.* ℥ß. *Cremoris Tartari* ʒvj. Inciſa & contuſa coquantur in *aq. ſimpl.* ſ. q. repetitis vicibus afuſa, quouſque virtus dictarum rerum totaliter prolecta ſit: decoctum colatum probè clarificetur, & ad ℔iß. circiter in vaſe terreo leniter evaporet, quo cum reſiduo ſolvatur *Aloes ſocotorinæ* ℔ß. Quæ ſi impura ſit per cribrum ſetaceum coletur, ac iterum leniter leni calore cinerum exſiccetur, aliquali tamen mollitie ſervata, cui adde *pulv. Maſtichis elect. Myrrhæ, Olibani, Succini albi* an. ʒiij. *Gummi Ammoniaci* in modico vini ad pultis formam ſoluti, ʒvj. *Salis Armoniaci cum Chalybe ſublimati*, ⊖li *Martis* cum Spir. Vitrioli facti an. ℥ß. Fiat maſſa pilularum quæ aromatizetur, *Ol. Stillat. ligni Rhodii*, *Macis*, an. ʒj.

Uſus eſt ut horis duabus vel tribus à cœna aſſumantur, ſed in parca quantitate, ut alvum ſaltem die ſequentibus bis vel ter laxent, ac inſuper etiam obſtructiones reſerent. A gr. xv. ad ℈j. Vid.corp.ph.p. 188.b.

Pilulæ Hypochondriacæ *ſive* Magiſtrales *Sylvii.*

℞. *Gummi Galbani* aceto ſcillit. ſoluti ℈ij. *Vitrioli* ♂ blando igne ad albed. calcin. *Maſtichis el.* a. ℈j. *Caſtorei opt. Myrrhæ r. el.* an. gr. xv. *Croci Or.* ʒß. *Trochiſc. Alhand.* ʒj. *Reſ. Jalapp. Scammon.* a. ℈j. ☍ *cort. citri* gutt. vj. Miſc. fiant pilulæ.

His lente vitioſi humores educuntur, ſi cubitum ituris aliquot eorum grana propinantur. *Vid. corp. ph. p. 188. b.*

## Pilulæ Iliacæ Rhaſis *ex Schrœd.*

℞. *Colocynthid. Sagapen.* ana ℥vj. *Diagryd.* ℥ij. cum *ſucco porri* fiat Maſſa.

N. alii omiſſo ſucco porri, ſolvunt ſagapenum in vino, eoque reliqua ſuſcipiunt.

Quoad Vires: Solvunt paſſionem Iliacam, ac colicam, cephalalgicis, hæmicranicis ſalubres ſunt. Verùm cum judicio uſurpandæ. Dantur à ℈ß. ad ʒß. *Vid. corp. ph. p. 190. b.*

## Pilulæ Indæ *Haly ex Meſuæ* P. A. V.

℞. *Myrobalan. Indarum, Hellebori nigri præp. Polypodii* ana ʒv. *Epithymi, Stœchadis* ana ʒvj. *Agarici, Lapidis Lazuli loti, Colocynthidos, Salis Indi* aut *Gemmei* ana ℥iiij. *Succi Eupatorii inſpiſſati, Spicæ Indicæ* ana ℥ij. *Caryophyllorum* ʒj. *Hieræ Picræ Galeni* ʒxij. Fiat maſſa *cum ſucco Apii.* Utiles ſunt ad cancrum, Elephantiaſim, alphos nigros curatu difficiles, & complura alia vitia ab humore Melancholico procreata. *Vid. corp. ph. p. 190. b.*

## Pilulæ de Ladano *Horſtii ex Schrœd.*

℞. *Laudan.* ℥ß. *Maſtich.* ʒj. Calefiant in mortario, & diſſolutis adde *Troch. Alband.* ʒiij. *El. de ſucc. roſar.* ʒß. cum *Syr. roſ. ſol.* q. ſ. Fiat Maſſa.

Subducunt alvum, mucilaginemque Tartaream emolliunt & expurgant, uſusque ſunt inſignis in dolore colico. Doſis eſt à ℈j. ad ʒj. *Vid. corp. ph. p. 190. b.*

## Pilulæ de Lapide Lazuli *Meſuæ* P. A. V.

℞. *Lapidis Lazuli abluti* ʒvj. *Epithymi, Polypodii,* an. ʒviij. *Scammonii præp. Hellebori nigri præp. Salis Gem-*

*mæ,*

*mæ*, ana ℥iiß. *Agarici* ʒviij. *Caryophyll. Aniſi* ana ʒiiij. *Specier. Hieræ Picræ Galeni* ʒxv. *Succi Endiviæ* q. ſ. F. Maſſa.

Vitia ex melancholico & aduſto humore nata, cancrum nimirum, Elephantiaſim & quartanam profligant, arquato conferunt, lienis obſtructiones, infarctus, tumoreſque reſolvunt. *Vid. corp. ph. p. 190. b.*

## Pilulæ Lucis Majores *ſeu Opticæ Meſuæ P. A. R.*

℞. *Roſarum, Violarum, Abſinthii, Colocynthidos, Turbith. Cubebarum, Calami aromatici, Nucis Moſchatæ, Spicæ Indicæ, Epithymi, Carpobalſami, Xylobalſami, Sem. Seſeleos Maſſiliotici, Rutæ, Aniſi, Fœniculi, Apii, Schœnanthi, Maſtiches, Rad. Aſari, Caryophyllorum, Cinamomi, Caſſiæ ligneæ veræ, Croci, Macis*, aa. ℈j. *Myrobal. omnium, Rhabarb.* an. ℈ij. *Agarici, Senæ*, ana ℈iiß. *Euphraſiæ* ʒj. *Aloes ſocotorinæ* ad pondus omnium, id eſt ℥j. ʒvij. *Excipe ſucco Fœniculi*, & formetur Maſſa.

Excrementa pituitoſa à cerebro & oculis evacuant: viſum conſervant & firmant, nervos opticos ab obſtructione viſcidi humoris liberant, atque ob id oculorum aciem intendunt. *Vid. corp. ph. p. 191. b.*

## Pilulæ Lunares *Boylæi.*

℞. *Argentum ab omni cupro capellatum*, aliàs vomitum excitabit, ſolve *in puro ſpir. nitri* ſolutionem calore moderato exhalare ſine, donec in cryſtallos abeat. Tùm in arena calore magis moderato adhibito, ut fœtor omnis exhaletur, ſed cave ne fundantur cryſtalli, hinc calor lenis ſit, & vas ſubinde moveatur. Hos cryſtallos è vaſe exemptos pondera, &

& tantundem adde *Cryſtall. Nitri puriſſ.* quod ſeparatim ſolve, cum aqua pluvia, poſtea confundantur ſolutiones, & in vaſe vitreo in arena exhaletur humidum, ut in fundo maneat pulvis albus. Si enim viridis eſt, tùm eſt ſignum Lunam ab omni cupro non ſatis eſſe depuratam. Cave etiam, ne fundatur pulvis, hinc leni calore agendum. Et cum plerumque contingat, ut 🜕 ab omni ſale communi haud ſit ſeparatum & liberatum, atque inde emergat Spiritus 🜕i, Spiritu ⊖is imprægnatus, qui argentum præcipitat, hinc antea *parùm argenti Spiritu* 🜕*i injiciendum*, ut Spiritus 🜕 prius præcipitetur, atque Spiritus Nitri depuretur.

*Cum mica panis formantur inde pilulæ* magnitudine piſi minor. quæ ſervantur in vaſe optimè clauſo; Doſis eſt una aut altera cum pomo toſto. Sunt maximæ efficaciæ adverſus Hydropem, & alios morbos à ſero nimio exortos & nervos infeſtantes.

Si verò fortè acciderit, ut ex nimio pilularum harum uſu Leucophlegmatico ſimile quid oriatur uſus aliquando erit intermittendus & Croco ♂ extractoque juniperi utendum. *Vid. corp. ph. p. 187. b.*

## Pilulæ Chalybeatæ *Pharm. Hagienſis.*

℞. *Aloes opt.* ℥j. *Chalybis præp.* ʒvj. *Gummi Ammon.* in aceto ſcillit. ſoluti, *Scammonii puriſſ.* an. ℥ß. *Croci anglici*, 🜿*ri* ⊕*lati* an. ʒiß. *Oxymellis ſquill.* q. ſ. fiat Maſſa. *Vid. corp. ph. p. 188. b.*

## Pilulæ Martiales *Le Mort.*

℞. *Gumm. Ammon.* cum vino depurat. ℥ij. *Vitrioli* ♂. ad levem rubed. calcinati ℥ß. *Scammonii Sulfurati* ʒx ô'o *Menthæ* gut. xII. Miſce fiat Maſſa. Doſis eſt à gr. v. ad ℈ß. & ultrà, minor verò doſis majori

plus

plus præſtat in obſtructionibus hypochondriorum reſerandis, Cachexia &c. Vid.corp.ph.p. 188. b.

## Pilulæ Melanagogæ *Minſichti.*

℞. *Maſſ. pil. Indarum*, ℥ß. *Lap. Lazuli præp. Scammonii roſat.* an. ℥ij. *Ext. Troch. Albandal. Hellebori nigri, Jalappæ* an. ℥iß. *Eſſ. fol. Senæ*, Alexand. *Hyperici* an. ℥j. *Croci oriental. præp. Epithymi* an. ℥ß. *Spicæ Indicæ*, *Caryophyllorum*, an. ℈ß. Miſc. & cum *Conſ. Alkermes in aq. Roſarum diſſolut.* Fiat maſſa pilularum ex qua poſtea cum *Ol. Citri* formentur pilulæ.

Valent ad mentis alienationem, Maniam, Melancholiam & inde ortum timorem. Item ad omnia vitia ex humore melancholico nata. Vid.corp.ph.p. 191. b.

## Pilulæ de Mezereo *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Foliorum Mezerei* in aceto per noctem maceratorum & ſiccatorum ℥v. *Myrobal. Citrinarum, Chebularum* ℥ıv. Cum *Manna & pulpa Tamarindorum aqua Endiviæ diſſolutis* formetur maſſa. Seroſum excrementum ſeu aquas valenter expurgant, ob id hydropem Aſcitem & anaſarcam juvant. *Vid. corp. ph. p.* 192. *b.*

## Pilulæ de Nitro *Alexandro Tralliano Diacolocynthidos dictæ P. A. V.*

℞. *Aloes*, *Colocynthidos*, *Scammonii præparati*, *Bdellii*, *Hellebori nigri præparati*, *Gummi Arabici* an. ℥ij. *Euphorbii præparati*, *Nitri* an. ℥j. *Cum ſucco Braſſicæ & melle roſato* ſolutivo fiat maſſa. Vid.corp. ph.p.192.b.

## Pilulæ de octo rebus, *ſeu octomeræ Nicolai Præpoſiti P. A. V.*

℞. *Aloes, Diagrydii* an. ℥ij. *Epithymi, Colocynthidos, Agarici, Maſtiches, Dauci Cretici, Myrobalanorum, Chebularum, Abſinthii* an. ℥j. *Cum ſucco Solani* f. Maſſa.

Craſſos humores à capite purgant, viſum acuunt & ſuffuſiones oculorum arcent. *Vid. corp. ph. p. 192. b.*

## Pilulæ de Opopanace *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Opopanacis, Hermodactylorum, Sagapeni, Bdellii puri, Ammoniaci, Colocynthidos,* an. ʒv. *Croci, Caſtorii, Myrrhæ, Zingiberis, Piperis nigri longi, Caſſiæ ligneæ, Myrobal. Citrinarum, Belliricarum,* an. ʒj. *Scammonii præparati* ʒij. *Turbith.* ʒ1v. *Aloes* ʒxij. Solve lachrymas in aqua Caulium, poſtea addendo pulverem reliquum, forma in maſſam.

Pituitam craſſam, Bilem & Melancholiam à cerebro nervoſisque partibus vacuant. Vid. corp. ph. p. 192. b.

## Pilulæ Panchymagogæ *Zvvelff.*

℞. Agarici *albiſſimi, Rhabarbari ſelecti* ana ℥iß. *Radic. Hellebori nigri* ℥ij. *Aſari* ℥j. *Mechoacæ albæ, Hermodactylor.* an. ℥iß. *Fol. Senæ el. ſine ſtipit.* ℥iij. *Pulpæ colocynthid.* ℥j. *Sem. Ebuli* ℥iß. Inciſa & contuſa coquantur in *aq. ſimpl.* f. q. ad totalem dictarum rerum virtutum extractionem, ter quaterque aquam recentem affundendo, decoctiones colatæ & expreſſæ alb. ovorum clarificentur & ad ℔ij. circiter evaporent, cui adde, & in eo reſiduo diſſolve calidè *Aloes hepaticæ* ℔j. Factâ colatura per cribrum ſetaceum reducantur leni

leni calore cinerum ad Extracti ſpiſſioris conſiſtentiam, in fine ſuperaddendo *Magiſt. Gialapp. Scammoneæ* an. amygd. dulcibus probè ſubactor. ℥ß. *Pulv. Maſtich. electæ* ʒvj. *Ol. Nuc. Moſchat. expr.* ʒiß. Fiat maſſa pilularum; à qua pilulæ paratæ omnes humores purgant, vertigini, Hemicraniæ, ac capitis dolori ſuccurrunt; pro univerſali igitur cathartico meritò habendæ, Doſis eſt ℈j. ad ʒß. Vid. corp. ph. p. 193. b.

## Pilulæ Peruvianæ *Minſichti.*

℞. *Mag. Gumm. Peruviani opt. Extract. Panchimag. noſt.* an. ʒvj. *Acidi Tartari* ʒiß. *Spir. Vitrioli rectif.* ℈j. Miſc. & fiat f. l. a. maſſa, ex qua poſtea cum *ol. Chamomillæ Rom.* formentur pilulæ ex quolibet ℈. num. n.

Ad humores ſeroſos & craſſos evacuandum in Cachexia, Hydrope, Arthritide, Scabiæ, Icteritia, obſtructionibus Hepatis & Lienis, &c. item in febribus quotidianis & Tertianis, hiſce quotidiè tanquam experte medicina utimur feliciſſimè. Doſis à ℈j. ad ʒß. & ℈ij. præſertim in robuſtioribus. *Vid. corp. ph. p. 193. b.*

## Pilulæ Polychreſtæ *Minſichti.*

℞. *Ext. Polychreſt. noſt. Scammonii roſat.* an. ℥ß. *Tartari vitriolat.* ʒj. Miſc. & cum *Spir. Aniſi* f. l. a. maſſa pilularum, ex qua poſtea cum Oleo Majoranæ fingantur pilulæ. Ad complicatas & diuturnas febres, Quartanas, Melancholiam, Apoplexiam, Epilepſiam, varioſque capitis, oculorum, ventriculi, ſplenis, jecinoriſque morbos valdè probantur. Vid. corp. ph. p. 193. b.

Pilu-

Pilulæ de quinque Generibus Myrobalanorum *Nicolai Alexandrini P. A. V.*

℞. *Quinque generum Myrobalanorum, Agarici, Diagrydii, Colocynthidos, Senæ*, an. ℥iiß. *Epithymi, Turbith. Aniſi, Fœniculi, Maſtiches, Lapidis Lazuli*, an. ℥j. gr. xj. *Rhabarbari* ℈iv. *Aloes* ℥iv. Cum *ſucco Fœniculi* formetur maſſa.

Pituitam & bilem utramque evacuant, podagricos, ſplenicos, ſtomachicos, & melancholicos juvant; cerebrum purgant, viſionem acuunt, ſanguinemque purificant. Vid. corp. ph. p. 194. b.

Pilulæ Roſatæ *Minſichti.*

℞. *Scammonii roſat.* ℥ß. *Mag. Jalappæ, Turbethi*, an. ℥ij. *Tartari vitriolati* ℥j. *Ol. Still. roſar. veri* ℈ß. Miſc. & cum *Sp. roſar.* f. pilulæ, ex quolibet ℈. num. 9. quæ valentiſſimè bilem dejiciunt. Vid. corp. ph. p. 194. b.

Pilulæ de Sagapeno *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Sagapeni Ammoniaci, Opopanacis, Bdellii*, an. ℥iiß. *Sem. Apii, Ammeos, Aniſi, Rutæ agreſtis*, an. ℥j. *Calami aromatici, Lapid. Calaminthæ, Folii*, vel ejus loco *Spicæ Indicæ, Centaurii min. Polii, Coſti, Salis Gemmæ*, an. ℥ß. *Colocynthidos*, an. ℥v. *Aloes* ℥vj. Excipiantur *ſucco porri, Marrubii* aut *Matricariæ*. F. Maſſa.

Ad Podagram, Iſchiadem & reliquorum articulorum, quin imò & uteri dolorem faciunt, menſes evocant, viſcera emolliunt, eorundemque obſtructiones reſerant, atque inveteratas ſplenis oppilationes tollunt. Vid. corp. ph. p. 194. b.

Pilulæ de Sagapeno Quercetani *ex Schræd.*

℞. *Sagapen. gummoſ. depurati* ℥vj. *Ammoniac. depurat.*

*vat.* ʒiij. *Extract. Trochiſc. Alhand.* ℥j. *Diagryd.* ʒß. *Sal. Gem.* ʒiß. cum *Syrupo violato acidulo & tincto* f. Maſſa ex qua conficiantur pilulæ in piſi vel ciceris formam.

Vires: Admirandæ ſunt in febribus quartanis, diſſolvunt nimirum fœces gummioſas, & tenaciter corpori noſtro adhærentes. Doſis unica pilula initio paroxyſmi, continuando aliquot dies. Sed uſum earum præcedat præparatio, v. g. cum decoctis præparantibus Melanagogis & ſimilibus. Vid.corp.ph.p. 194.b.

## Pilulæ de Sarcocolla *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Sarcocollæ* ʒiii. *Turbith.* ʒIV. *Colocynth. Zingiberis* an. ʒiß. *Sal Gemmæ* ʒj. *Syrup. roſarum ſimplicis*, quantum ſatis, f. Maſſa.

Pituitam lentam evacuant, atque ob id pituitoſis affectibus conducunt. Vid.corp.ph.p.195.b.

## Pilulæ Sine quibus eſſe nolo *Nicolai P. A. V.*

℞. *Aloes lotæ* ʒXIV. *Quinque generum Myrobal. Rhabarb. Maſtiches, Abſinthii, Roſarum, Violarum, Senæ, Agarici, Cuſcutæ*, an. ʒi. *Diagrydii* ʒVIß. *Succi Fœniculi* q. ſ. pro maſſa ex arte paranda.

Efficaciſſimæ ſunt hæ pilulæ ad purgandos omnes humores partium ſuperiorum, quo nomine ſuffuſionibus oculorum, caliginibus, ac viſioni conferunt; aurium dolorem ſanant, caputque à pituita, bile flava & atra purgant, iliacos denique juvant. Vid.corp.ph.p. 195. b.

## Pilulæ Spleneticæ *Zwelff.*

℞. *Succorum Cichorii ſylveſtr. Endiviæ, Cochleariæ, Naſturtii, Abſinthii*, an. depurat. ℥vj. *Decocti ex recen-*

*recenti Scolopendrio* ℥viij. In his macerentur per biduum *Agarici Trochiſcati, Rhabarbari ſelecti, Rhapontici veri*, an. ℥iß. *Rad. Hellebor. nigri* ℥iv. Facta poſt una atque altera ebullitione, fiat colatura cum forti expreſſione, in colato hoc liquore diſſolve *Aloes ſocotorinæ* ℥viij. Qua ſoluta & per cribrum ſetaceum colata, leni calore cinerum aquoſitates ad conſiſtentiam ſpiſſioris Extracti evaporent, addendo tandem *Pulv. Gummi Ammoniaci* in modico vini ad pultis formam ſoluti ℥i. *Guttæ Gamandr.* ℥ß. *Myrrhæ translucid.* ʒvi. *Vitrioli Martis ritè parati*, cum Spiritus vitrioli ℥ß. Miſceantur, fiat leni calore maſſa pilularum debitæ conſiſtentiæ, quæ Olei ſtillatitii Aniſi ʒiß. aromatizandæ.

Præſtans in morbis hypochondriacis, ſpleneticis, obſtructionibus Meſenterii, ac pancreatis Remedium exiſtit, & ſuppreſſa menſtrua reſolvit. Doſis ℈i. ad ʒß. in forma pilularum. Vid. corp. ph. p. 189. b.

## Pilulæ Stomachicæ *Zvvelff.*

℞. *Pulv. Aloes Epaticæ* ℥vi. Solvatur in mortario calido ad pultis formam, cum ſ. q. *Elixir. proprietatis* cum Spir. 🜍 ritè parati: His adde *Succi inſpiſſati Abſinth. Extract. Centaur. min.* an. ʒvi. *Hellebori nigri* ʒiß. *Pulv. Diagrydii* 🜍*ati* ʒiß. *Myrrhæ rubr. Olibani, Maſtichis elect. Succini albi præp. Baccarum Lauri*, an. ʒii. *Croci or. vel auſtr.* ʒiß. Fiat ſ. a. maſſa pilularum juſtæ conſiſtentiæ, ex qua formentur pilulæ piſorum magnitudine, quarum quinque vel ſeptem pro doſi ſumendæ, bihorio poſt cœnam, ante ſomnum vel etiam horis matutinis. Ventriculum vitioſis humoribus aggravatum expurgant, ac conſecutione quadam, repetitis vicibus ſumptæ, à capite

pite & Hypochondriis humores ſuperfluos excrementitios trahunt, atque exturbant. *Vid.corp.ph.p.* 195.*b.*

## Pilulæ Stomachicæ Maſtichinæ *aliæ Zvvelff.*

℞. *Agarici albiſſ.* ℥ii. *Radicum Aſari* ℥i. Infunde *in vini opt. & Spir.* ♄. i. per diem & noctem, facta poſtea colatura & expreſſione, ſed calidè, adde expreſſo vino etiam adhuc calenti *Aloes ſocotor.* ℥iii. Iterum leniter evaporare ſine, ad formam extracti ſpiſſioris, cui admiſce, dum adhuc calet, *Maſtichis, el. pulv.* ℥i. Fiatque leniter exſiccando Maſſa in affectibus ventriculi & capitis utiliſſima. Doſis ℈i. ʒß. ad ℈ii. Vid.corp.ph.p.196.b.

## Pilulæ Scorbuticæ *Timæi.*

℞. *Extr. pil. melan. Quercetan.* ʒii. *fol. ſen.* ʒß. *reſin. jal.* ʒi. gr. vi. *tart. vitr.* gr. xiii. *ſem. naſt. cochl. ſinap.* an. ℈iß. *ſucc. cochl.* q. ſ. f. P.

## Pilulæ Scorbuticæ *Fiſcheri.*

℞. *Aloes ſoccotr.* ʒii. *pil. de fumar.* ʒi. *extr. cochl.* ℈ii. *ſal. cochl.* ʒß. *troch. alb.* ℈i. *ſyr. cochl.* q. ſ. F. Pil.

## Pilulæ de Therebinthina *Brandenb.*

℞. *Tereb. Ven. ad conſiſt. cum aq. roſ. coct.* ℥i. *rhab.* ʒi. *ſuccin. pp. maſt. cl. olib.* an. ʒß. *bol. arm.* ʒi. cum ſ. q. *tereb.* F. Pil.

## Pomum Ambræ *Minſichti.*

℞. *Rad. Ireos Florentin. Caryophyllorum, Macis elect. Cinamomi* an. ℥ß. *Lig. Aloes veri, Santali Citrini, Styracis calamit. Aſæ dulcis* an. ʒii. *Ambræ gryſeæ* ʒi. *Moſchi Alexand.* ʒß. *Balſam. Peruviani odorifer. Ol. lig. Rhodii* an. ℈i. Omnibus diligen-

genter mixtis ac tritis, adde *Zibetæ non ſalſat.* ʒii. Et cum *gum. Arab.* & *Tragacanth.* ſ. q. in *aq. Majoranæ, Narciſſ. Roſarum, Lavendulæ* & *Baſilic.* diſſolut. f. Maſſa ex qua poſtea formentur vel Trochiſci, vel poma ſeu ſcuta aut pentacula, quæ in vitro confeſtim ſine digeſtione indurentur. Eſt ſpecificum odoriferum, quod in Cephalalgia frigida, Vertigine, Epilepſia, Apoplexia, Aura peſtilentiali maligna, Colica, ſuffocatione Matricis, & procidentia uteri, &c. præſertim, quando medicaméta non poſſunt intra corpus ſumi, naribus vel aliis partibus admotum, cor & vitales ſpiritus ultra modum refocillare ſolet. Vid. corp. ph. p. 363. b.

## Pomum Ambræ *P. A. V.*

℞. *Santal. citr.* ʒvj. ℈ij. *lign. al.* ℥ß. *roſar. rub. baſilic. lavend. anth. majoran. cinam. nuc. m. macis caryoph. coriand. cardam.* an. ʒiij. ℈j. *cort. citri* ʒvij. *ladan. puri* ℥viij. *ſtyr. calam.* ʒvj. ℈ij. *liquid.* ʒiij. *aſſæ dulc.* ʒx. *ceræ citr.* ℥iß. *Tereb. cypr.* ℥iv. *moſchi* Alex. Ambr. *gryſ.* an. ℈iiß. F. maſſa. Vid. corp. ph. p. 363. b.

## Pomum Ambræ *Th. Hoffm*

℞. *Balſ. Peruv.* ℈j. *liquidambr.* ℈ij. gr. v. *ſtyr. calam. pp.* ℈ii. *tacam. ſol. in vino malv.* ʒj. *ol. nuc. m. expr.* ℈ij. gr. v. *maſt.* gutt. v. *ambræ* gr. v. *moſch.* gr. iij. F. Maſſa. *Vid. corp. ph. p. 363. b.*

## Pomum Ambræ *Schrœderi.*

℞. *Styr. cal.* ʒij. *maſt. thur. maſc. ſandarac.* an. ʒiß. *coſti ſpicæ* an. ʒj. *lign. aloes* ʒiij. *moſch. ambr.* an. gr. aliquot *tereb.* parum. F. Pomum. Vid. corp. ph. p. 364. b.

## Pomum Ambræ odorif. *Crollii.*

℞. *Macis caryoph. cinamom. vel caſſ. lign.* an. ʒij. *moſch.* ʒß. *Zibeth.* ʒij. *gumm. Arab.* ʒj. *tragacanth. ſupra* for-

*fornac. ſicc.*℥ij. hæc gummata cum moſcho terantur; omnib. diligenter tritis miſce Zibethum, & affunde *aquam naphæ ſeu flor. aurant.* ſeu, *Damaſcenæ odorif.* in qua prius p. 8. dies in digeſt. modicum *de carb. Paracelſi vel Zib. occid.* admixtum ſit. Vid. corp. ph. p. 364. b.

## Pomum Ambræ *Diſp. Brandenb.*

℞. *Alipt. moſch. gall. moſch. benz. caryoph. cinam. ladani ſant. citr. ſtyr. calam. liquid.* an. ℥ii. *cyper. rot. gum. elemi ireos flor. lign. al. rhod. macis majoran. nuc. m. roriſmarin. roſ. rub.* an. ℨj. cum *mucil. trag. aq. roſ. parat.* F. Pomum, cui addi poteſt *ambra moſch. & Zib.*

## Pulpa *ſive* Flos Caſſiæ.

℞. *Cannas ſeu Siliquas Caſſiæ ponderoſas*; & quæ concuſſæ non reſonant, aperi, & contentam in eis pulpam, ſeu medullam, cum laminis & ſeminibus diligenter excava: Exempta projice ſuper inverſum & anguſtum cribrum ex ſetis equinis contextum; & paulatim aqua calida irrora averſoque cochlearis connexo medullam Caſſiæ hinc inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur. Præſtiterit tamen; ubi neceſſitas poſtulat, recentes ſemper Caſſiæ flores educere, cum diutius repoſiti protinus aceſcant. Calefacit & humectat primo ordine ſanguinem, ejus acrimoniam temperat, & ſitim coërcet; ventriculum, bilem & pituitam educendo mundificat; pectus & guttur lenit, ejus abſceſſus reſolvens; renum calori cum infuſo Glycyrrhizæ confert, & calculi generationem prohibet; ac in acutis febribus exhibetur; alvum enim blandè lenit, ac flavam bilem infernè deturbat, atque ex hac natas febres mitigat. Vid. corp. ph. p. 552. b.

## Pulpa Prunorum *P. A. R.*

℞. *Prunorum magnorum vinoſorum*, id eſt, *Damaſcenorum* ſive Ungaricorum recentium quantitatem, quam voles, & exemptis nucleis, in fictili vitreato magno percoquito; deinde per cribrum ſetaceum trajicito, expreſſam pulpam denuò lento igne ad perfectam & juſtam ſpiſſitudinem coquito, addendo *Sacchari* tertiam circiter partem, vel ad pulpæ ℔x. Sacchari ℔iij. ita enim melius conſervatur, ne ſitu corrumpatur.

Ventrem mollit, ac alvum facilitat, calorem febrilem extinguit, ſitiſque faſtidia permulcet. Vid. corp. ph. p. 557. b.

## Pulpa Prunorum *Minſichti.*

℞. *Radic. Cyclaminis* ℥ij. *Hermodactyl.* ℥j. *Mechoacæ albæ* ℥iß. *Aſari* ℥j. *Cremor. Tartari* ℥vj. Inciſa coquantur in ſ. q. *aq. ſimpl.* ad remanentiam ℔iiij. circiter coletur, in colaturâ hâc clarificata, additâ porrò *Succi herbæ Mercurialis depurati* ℔j. coquantur *Prunorum Hungaricorum exemtis nucleis* ℔ij. ad mollitiem & conſumptionem ferè decocti & ſucci, cogatur deinde pulpa per ſetaceum, cui addenda *Sacchari albi* ℔j. Quæ cuncta leni ebullitione ad conſiſtentiam electuarii redigantur, addendo ultimò *Elæoſacchari* ℥j. F. Electuarium ſeu pulpa.

Valet in ſubducenda alvo vel per os aſſumpta, vel una cum clyſteribus gutturi inferiori injecta. Internè verò ſi aſſumenda, conducet ℥j. vel amplius pulticulæ prunorum in culina paratæ admiſceri, ad fallendos infirmos, qui à Medicamentis ex officinis allatis abhorrent. Vid. corp. ph. p. 557. b.

Pul-

## Pulpa Tamarindorum.

*Extrahitur eodem modo, quo Pulpa Caſſiæ.* Tamarindorum pulpa refrigerat, & ſiccat ordine ſecundo, bilem facilè ſolvit, ac valdè aduſtos humores lenit, unde arquatis, lienoſis, ſcabiem, lepram, vitiligines, & lychenas patientibus commodè exhibetur; namque cutaneas exulcerationes omnes à ſanguinis aduſtione natas tollit, inſaniam inſuper ac furorem permulcere creditur.

Pulpa hæc cum lenientibus ac fortioribus catharticis commiſceri, & in virtutibus exaltari poteſt. Vid. corp. ph. p. 558. b.

## Pulpa Tamarindorum *Purgans Zvvelff.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ii. *Rad. Mechoacæ albæ* ℥i. *Rhabarb. opt.* ʒvj. *Aſari, Hermodactyl.* ana ℥j. *Fœniculi, Petroſelini*, ana recent. ℥iß. *Crem. Tartari* ʒvj. Craſſiuſculæ inciſis ſuperaffundantur ℔iv. *aquæ ferventis*, & facta breviſſimâ maceratione, coquantur parùm, decoctum coletur, exprimanturque ſpecies, quæ denuò aqua nova affuſa, & repetitis vicibus, coquendæ ſunt: Decoctiones dein omnes conjunctim albuminibus ovorum clarificatæ, ad ſpiſſitudinem Extracti ſeu Mellis evaporent leniter; Huic extracto adde *Pulpæ Tamarindorum* ſimpliciter extractæ ℔iß. *Cremoris Tartari* ℥i. *Magiſterii Galappæ* Amygdalis probè ſubacti ʒvj. *Sacchari Canar. albi* ℔i. *Elæoſacchar. Cinamomi* ℥i. Et leniſſimo calore fiat Electuarium ſeu pulpa debitæ conſiſtentiæ. Eſt medicamentum purgans univerſale, præcipuè in affectibus calidis bilioſis, quibusque viſcerum φλόγωσις conjuncta eſt, utiliter exhibetur ab ℥ß. ad ʒvj. *Vid. corp. ph. p. 558. b.*

# PULVERES ALTERANTES.

## Pulvis contra Abortum *P. A. R.*

℞. *Gran. Chermes* ʒj. *Sandali rubri* ʒß. *Caryophyll.* ℈j. *Nucis moſchatæ* ℈ij. *Radic. Torment.* ʒß. *Margarit. præp. Corallii utriusque præp.* an. ℈j. *fol. auri* num. iij. *Sacchari perlati* ℥iij. Fiat pulvis.

Datur gravidis ad præcavendum abortum ex ovo ſorbili, vel vino odorifero, idque non una tantùm vice, ſed ſæpiùs, pondere ſcrupuli dimidii, vel etiam unius; aut admiſcetur Trageis, prægnantibus uſui futuris. Vid. corp. ph. p. 197. b.

## Pulvis contra abortum *Zvvelff.*

℞. *Gran. Kermes legitim.* ℥ß. *Margarit. orient.* ʒij. *Corall. rubr. præp. Lapid. Corneoli præp.* an. ʒiij. *Ligni Aloes gumm.* ℥ß. *Nucis moſchatæ* ʒvj. *Santali rubri, Radic. Tormentill.* an. ʒiij. *Ireos florent. Cyperi rotundi, Succini albi præp.* an. ʒij. *Eſſentiæ Citri Saccharinæ, Arantior. ſacchar.* ana ex recentibus cortic. par. unc. unam; *Ol. Nuc. Moſchat. expreſſ.* ʒj. Fiat omnium pulvis.

Datur gravidis ſæpius, ubi abortus timetur, in juſculo horis matutinis, & veſpertinis à ℈ß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 198. b.

## Pulvis Abſorbens *Ettmülleri.*

℞. *Corall. rub. pp. limat. chalyb.* ana ʒß. *lap. cancr. carp.* ana ℈j. *cc. uſt.* ℈ß. *croc.* gr. viij. M. F. Pulvis.

## Pulvis Alexipharmacus P. A. R.

℞. *Terræ ſigillatæ Sileſ. Cornu Cervini philoſoph. calcinati, Rad. Angelic.* an. ℥j. *Zedoariæ* ʒj. *Cort. Citri extimorum, Myrrhæ electæ* an. ʒij. Miſc. fiat pulvis.

Vires hujus pulveris nomen monſtrat, cujus uſum inprimis tenuioris ſortis hominibus dicavimus. *Vid. corp. ph. p. 198. b.* Pul-

### Pulvis Alexipharmacus *primus Zvvelff.*

℞. *Rad. Contrajervæ* ʒvj. *Zedoariæ* ℥j. *Doronici veri* ʒvj. *Sem. Citri excort. Rutæ aquilegiæ* an. ʒij. *Cortic. Arantiorum, Citri*, ana *extim. & recenter ſiccat.* ana ℥ß. *Myrrhæ tranſlucidæ, Succin. albi*, an. ʒiij. *Croci auſtriaci* ʒij. *Maceris* ʒiß. Fiat omnium pulvis ſubtilis, qui adverſus peſtiferæ luis inſultus efficax eſt, & contagioſis quibuslibet morbis adverſatur. Doſis ʒß. ad ʒj. *Vid. corp. ph. p. 199. b.*

### Pulvis Alexipharmacus *ſecundus Zvvelff.*

℞. *Sulfuris crudi ſed puri* ℥j. *Nitri cum ſucco Scordii ſoluti, & denuò cryſtalliſati* ℥iß. *Terræ ſigillatæ* vel *Boli Armenæ* n. m. paratæ ℥iß. *Myrrhæ rubræ tranſlucidæ, Succini albi præp.* an. ℥ß. *Croci Auſtriaci* ʒij. *Nuc. Moſchat.* ℥ß. Miſceantur; fiatque pulvis omnium ſubtilis; In febribus malignis & peſte ipſa validus à ʒß. ad ʒj. pro ſudore eliciendo. *Vid. corp. ph. p. 199. b.*

### Pulvis Alexipharmacus *tertius, communis Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Angelicæ, Imperatoriæ, Contrajervæ, Cedoariæ*, an. ℥ß. *Sem. Citri excort. Aquilegiæ*, an. ʒij. *Myrrhæ rubræ* ʒiij. *Terræ ſigillatæ* n. m. paratæ, *Nitri cum ſucco Scordii ſoluti* ac denuò cryſtallizati ana ℥ß. *Croci opt.* ʒiß. *Nucis Moſchatæ* ʒij. Fiat ex his omnibus pulvis ſubtilis, cui imprimatur ſuccus oleaginoſus, Corticum trium pomorum Limoniorum: ſervetur uſui.

℞. *Cinnam.* ʒj. *Croci* ʒß. *Caſſiæ ligneæ veræ* ℈ij. *Succini alb. præp.* ℈j. Fiat pulvis. Ad partus labores facilitandos utiliter exhibetur, eoſdem namque accelerat, & fœtus excluſionem promovet. Datur ex *aqua liliorum alborum, conſolidæ Regalis* aut alterius conſimilis. Vid. corp. ph. p. 245. b.

## Pulvis ad Partum facilitandum *ſive Dyſtokiam P. A. R.*

℞. *Cinam. præp.* ℥j. *Succini albi ppt. Borracis, teſtic. equi* à ℥j. *Croci* ℈viij. M. F. Pulvis. Pulverem hunc ad partum facilitandum & ſecundinas expellendas experientia & multiplex uſus commendant. Vid. corp. ph. p. 245. b.

## Pulvis partum provocans *Zvvelfferi.*

℞. *Pulv. Glac. Mariæ fixæ*, quæ eſt ſpecies Talci ℥ß. *Caſſiæ ligneæ veræ, Borracis Venetæ* ana ʒij. *Croci Auſtriaci, pilæ capræ ſylv. Macis* à ʒj. *Ol. Cinam.* gutt. xij. Fiat Pulvis. Item jecur & fel anguillæ ſiccata & pulveriſata expertum remedium eſt, nec fallit, niſi pinguedo quædam vel fruſtum carnis aut Mola (experientia teſte) impedimento exituro fœtui fuerit.

Cœte-

Cœterum pulvis hic ad partum facilitandum ut & fœtum mortuum excludendum ſalubriter exhibetur; nec non potenter ſecundinas pellit, à ℨß. ad ℨj. & ℨiß. Vid. corp. ph. p. 245. b.

## Pulvis Pleuriticus *P. A. R.*

℞. *Mandib. Lucii præp. Dentis apri uſti præp.* a. ℨij. *Lap. Percar. Talor. lep. Oculor. cancr. præp. Lucii piſcis præp. Sem. Card. bened. Artemiſiæ rubræ* ana ℨj. Miſce fiat pulvis.

Contra omnes laterum puncturas in pleuritide tam ſpuria, quàm exquiſita, etiam in Epidemica illa qua doloris vehementiâ multi jugulantur, ad dolores mitigandos, inflammationes reſolvendas, ſudoresque eliciendos ſingulare eſt remedium. *Vid. corp. ph. p. 253. b.*

## Pulvis Pectoralis balſamicus *Th. Hoffm.*

℞. *Balſ. ſulph. cum ol. deſt. jun.* ℨiij. *ſpec. diatrag. frig.* ℨij. *flor. ſulph. cum myrrha & aloe ſublim.* ℨj. *ol. aniſ. deſt.* ℨß. *ſacch. cand.* ℔j. M. F. P. *Vid. corp. ph. p. 248. b.*

## Pulvis Pleuriticus *Timæi.*

℞. *Raſur. dent. apri* ℥ß. *mand. luc. p. lap. cancr. pp. tal. lep. pp. lap. perc. pp. cc. ſine igne* ana ℨii. M. F. Pulvis.

## Pulvis Pleuriticus *VVedelii.*

℞. *Ant. diaph. lap. cancr. cinab. nat. raſur. dent. apri pp.* ana ℈j *laud. op.* gr. i. F. pulvis.

## Pulvis Pleuriticus de *Spina.*

℞. *Mandib. luc. p. ant. diaph. lap. cancr. pp.* ana ℨj. *percar. carp. oſſ. de corde c.* ana ℨß. *cc. phil. pp. dent. apri tal. lep. cor. rub. pp.* ana ℈ij. *ſperm. ceti ſal. prun. unic. foſſ.* ana ℈j. *ſacch. cand. viol.* ℥j. *alth.* ℥ß. F. P.

Pulvis Pleuriticus ex *Theſ. Hoffm.*

℞. *Raſur. dent. apri* ʒß. *rad. bardan. ſem. card. mariæ lign. viſc. q.* ana ʒij. *fl. pap. rh.* ʒß. *thur.* ʒi. *lap. cancr. pp.* ʒß. *lap. perc.* ℈ij. *croc. or.* ℈ß. *ſal. cardb.* ʒi. F. P. ʒj. *Vid. corp. ph. p.* 254. *b.*

Pulvis Phthiſicus ex *Th. Hoffm.*

℞. *Rad. ir. flor. ſcorz.* ana ʒj. *ſem. 4. fr. major. excort. pap. alb.* ana ʒiß. *portul. malv. alth. citri, cydon.* ana ʒj. *amyli gummi arab. trag.* ana ℈ij. *terr. ſig.* no. ij. *bol. arm. ſucc. hypoc.* ana ʒj. *pulm. vulp. pp.* ʒiß. *ſacch. alb.* ℥iii. *cand.* ʒi. *ol. aniſ.* ℈j. *ſpec. diarrh. abb.* ʒi. M. F. Pulvis. *Vid. corp. ph. p.* 249. *b.*

Pulvis Parturientium *Brandenb.*

℞. *Caſſ. lign. cinam.* ana ʒij. *borrac. Ven. ſucc. alb. pp.* ana ʒiß. *croc. or.* ʒß. *ol. cinam.* gutt. iii. M. F. Pulvis.

Pulvis Pleuriticus *Zvvelfferi.*

℞. *Sanguinis hirci juxta mod. noſt. parati* ʒi. *Raſuræ dentium Apri* ʒß. *Oculor.* ♋. *præp.* ʒii. *Rad. papav. errat.* ʒiß. *Croci Auſtriaci vel Orient.* ʒi. Fiat omnium pulvis.

Confert omnibus laterum puncturis atque doloribus, adeoque Pleuritidi tàm veræ & legitimæ, quàm ſpuriæ & nothæ medetur. Vid. corp. ph. p. 253. b.

Pulvis Pleuriticus ſecretiſſimus *Minſichti.*

℞. *Fl. Sulphuris comp.* ʒß. *Raſ. dentis Verris aprugni, Mand. Lucior.* an. ʒij. *Fl. Papav. rhead.* ʒj. Miſce & fiat pulvis ſubtiliſſimus, qui uſui reponendus. Vid. corp. ph. p. 253. b.

Pulvis antiphthiſicus catarrhalis *Zvvelff.*

℞. *Sulfuris vivi translucidi & ſplendidi*, vel, ſi hoc deſit, *florum Sulfuris* ʒi. *Sacchari Saturni reſolubilis ex* Minio vel ipſo plumbo facti ʒvj. *Croci Auſtriaci* ʒij.

*Rad.*

*Rad. Ireos florent. Liquiritiæ, fungorum Arbori ſalicis adnaſcentium*, ana ℥vi. *Thuris in granis, Gummi animæ*, ana ℥ß. *Sacchari Canarii albi* ℥ii. F. ſ. a. pulvis quidam ſubtilis.

In decocto quodam pectorali, vel in ovo ſorbili manè & veſperi à ʒß. ad ʒi. propinandus. Vid. corp. ph. p. 253. b.

## Pulvis Polychreſtus *Imperialis* Minſichti.

℞. *Sacchari candi alb.* ℥vi. *Croci Martis cum aceto Tamarindor. præp.* ℥iß. *Sem. Fœniculi, Raſ. Eboris, Tali leporin. Oc. Luciorum, Cardam. min. Zingib. alb. Nuc. Moſch. Rad. Glycyrrhiz.* ana ℥i. *Cinam. acut. Cubeb. Caſſiæ ligneæ, Spicæ Nardi, Rad. & Sem. Pœoniæ, Viſci quercin. Acidi Tartari*, an. ℥iß. *Mag. Lap. Carpionum, Oc. canc. Lap. Perc. piſc. Croci Orient. Sem. Petroſelini, Apii, Caſtorei veri, Caryophyll. Myrrhæ rub. Lig. Aloes, Herb. Hyſſ. Ol. Aniſi*, ana ʒii. *Mag Perl. Or. Corall. rubr. Macis elect.* ana ʒi. *Fol. auri* ung. num. xxxxiij. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Ex ſtomacho & inteſtinis flatus, ventoſitates omneſque peccantes humores expellit, illamque confortat. Vid. corp. ph. p. 256. b.

## Pulvis Rubeus Pannonicus *P. A. R.*

℞. *Boli Arm. cum aqua Roſar. & Acetoſæ præp.* ℥iii. *Terræ Leminæ veræ præparatæ* ℥ii. *Coralliorum rubror. præp.* ℥ß. *alborum præp.* ʒvj. *Lap. pretioſ. ſcil. Smaragdi, Rubini, Sapphiri, Hyacynthi*, an. præp. ʒiv. *Margarit. præp.* ʒv. *Cinam. el.* ʒij. *Caryoph* ʒj. *Sem. Acetoſæ* ʒij. *Corticum Citri, Santali albi*, an. ʒiß. *rubri* ʒij. *Spodii præp.* ʒv. *Raſuræ Eboris* ʒiij. *Croci Orient.* ʒj. *Cornu cervi Philoſophicè præp.* ʒiv. *Foliorum auri puriſſimi* num. 50. Fiat omnium pulvis.

Adverſus peſtilentium febrium noxas, & contagioſorum ac venenatorum morborum invaſiones maximè potens eſt. Vid.corp.ph.p.205.b.

## Pulvis Pannonicus *Phar. Nor.*

℞. *Boli Armen. cum ▽ roſarum & acetoſ. præp.* ℥iij. *Terræ Lemniæ præp.* ℥ij. *Corall. r. præp.* ℥ß. *albor. præp.* ʒvj. *Lapid. Smarag. Rubini, Sapphyri, Hyacinthi*, an. præp. ℥ß. *Margarit. præp.* ʒv. *Cinamomi el.* ʒij. *Caryophyll.* ʒj. *Rad. Contrajerv.* ʒij. *Cortic. Citri, Santali albi*, an. ʒiß. *rubri* ʒij. *Spodii ex Ebore ſpagyr. præp.* ℥j. *Croci Or.* ʒj. *Bezoar. Occid.* ℥ß. *Fol. auri puriſſ.* n. 50. M. fiat omnium pulvis.

Si omittuntur Margaritæ & lapis Bezoar, meretur nomen pulveris Pannonici minus pretioſi. Vid.corp.ph. p.205.b.

## Pulvis Pectoralis *Brandenb.*

℞. *Spec. diair. ſimp. diatrag. fr.* an. ℥ß. *liquirit. pulm. vulp.* an. ʒiij. *bol. arm. pp. flor. ſulph.* an. ʒij. *terr. ſig.* ʒiß. *ſacch. cand. alb. penid.* an. ℥iij. M. F. Pulvis.

## Pulvis Rubeus Pannonicus *P. A. V.*

℞. *Boli Armen. Orient. præp.* ℥ij. *Terræ ſigill. veræ* ℥vj. *Lapidum pretioſorum*, ſcil. Hyacinthi, Sapphyri, Rubini, Smaragdi, ana præp. ℥j. *Margar. præp.* ʒx. *Spodii præp. Raſuræ Eboris*, an. ʒv. *Corallior. rubr. præp.* ʒviij. *alborum præp.* ℥iß. *Rad. Tormentillæ, Dictamni*, an. ℥iv. *Cornu Cervi philoſ. præp.* ʒvj. *Santali albi* ʒj. *Rad. Doronici* ʒvj. *Sem. Acetoſæ* ʒij. *Corticum Citri* ʒiß. *Camphoræ* ʒij.

Pulveriſentur ſingula per ſe & miſceantur, addendo foliorum auri num. 50. & f. pulvis. Vid.corp.ph.p. 206.b.

Pulvis

Pulvis Pleuriticus *Brandenb.*

℞. *Raſur. dent. apri ſine uſtione pp. mandib. luc. p. pp.* an. ℥ij. *lap. perc. pp. hæmat. pp. ocul. cancr. pp. lucii pp. oſte-oc. pp. tal. lep. pp. ſem. artem. rub. cardb.* a. ℥j. F. Pulv.

Pulvis Præcipitans *Brandenb.*

℞. *Conch. marin. pp. matr. perl. pp. cc. pp. lap. cancr. pp.* an. ℥ß. *ant. diaph.* ℥j. *cinnab. nativæ pp.* ℥ß. M. F. Pulvis.

Pulvis Puerperarum *Brandenb.*

℞. *Pulv. mulier.* ℥vj. *bacc. lauri fol. meliſſ. rad. pimp.* an. ℥ij. *cinam. acut. lap. cancr. pp. ſuccini alt. pp.* ana ℥j. F. Pulvis.

Pulvis Refectivus *Minſichti.*

℞. *Sacchari cand. in Syr. Violar. concreti* ℥ji *Lact. Sulfuris* ℥ß. *Fl.* 🜍 *comp. Conf. Alkermes* an. ℥j. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub. Saturni*, an. ℥j.

Miſceantur, & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui reficit cor & totam naturam confortat. Vid. corp. ph. p. 251. b.

Pulvis Rubeus Cæſareus *contra peſtem P. A. V.*

℞. *Myrrhæ electæ, Croci*, an. ℥j. *Oſſis de corde cervi* ℈ij. *Cornu Cervi* ℥ij. *Dictamni Cretici, Tormentillæ, Pimpinellæ, Gentianæ*, an. ℥ij. ℈ij. *Zedoariæ, Zingiberis*, an. ℥iij. *Sulfuris vivi, Boli armen. veræ*, an. ℥iiij. *Camphoræ* ℈iv. *Theriacæ Androm. Mithridatii opt.* an. ℥vj. F. omnium pulvis. Vid. corp. ph. p. 206. b.

Pulvis Sabaudicus *P. A. R.*

℞. *Cinamomi electi* ℥iij. *Caryophyllor.* ℥ij. *Maſtich. electæ, Myrrhæ electæ, Rad. Tormentillæ*, an. ℥j. *Zedoariæ, Anthoræ, Contrajervæ, Scorzoneræ, Corallior. rubr.*

*rubr. præp. Margarit. præp. Sapphiri præp. Rubini præp. Smaragdi præp. Hyacynthi præp. Lapidis Bezoar. Orient. Unicornu veri*, an. ℥ij. *Boli Armenæ præp. Terræ ſigill. veræ*, an. ℥i. Corticum Citri ℥ß. *Fol. auri* n. x. *Antimonii Diaphoretici* ad pondus omnium. Fiat omnium pulvis.

Vires ejus ſunt Alexipharmacæ, unde in febribus malignis, expellendis variolis &c. magnopere laudantur. Vid. corp. ph. p. 207. b.

## Pulvis Spaſmodicus *Dolæi*.

℞. Cinab. *nat.* ℥i. *mag. lunæ* ℥ß. *cran. hum. ſuccin.* ana ʒiß. *ciner. hirund. talp. cor. rub. marg.* an. ℈ii. *ſacch. perl.* ʒiii. F. Pulv.

## Pulvis Satyriacus Plateri.

℞. *Sem. eruc.* ℥ß. *pip.* ʒi. *Zing. cinam.* ana ʒß. *borrag.* ʒiß. *caudar. ſcinc.* ℥ß. *cantharid. ablat. alis tenuiorib.* no. vi. *ſacch.* ℥i. F. P.

## Pulvis in Syncope *Dolæi*.

℞. *Marg. or. pp.* ℥ß. *cor. rub. oſſ. de corde c.* an. ℥i. *lap. ſ. pret.* ℥ß. M. F. Pulvis ℈i.

## Pulvis in Syncope *Michaelis*.

℞. *Mag. cord.* ℥ii. *cc. ſolar.* ℥i. *oſſ. de corde c.* ℈i. M. F. Pulvis; doſis ℈i.

## Pulvis Stegnoticus *VValdſchmid*.

℞. *Farin. vol.* ℥ii. *bol. arm.* ℥i. *gypſi, colophon.* a. ℥ß. *ſang. drac.* ℥ii. *alum. uſt. vitr. alb.* an. ℥i. *calc.* ℥i. *pil. lep.* ℥ß. F. P. in Hæmorrhagia externe uſurp.

## Pulvis ad Singultum *Dolæi*.

℞. *Pulv. Bezoard.* ʒi. *lap. cancr. pp. cinab. ant.* ana ℈i. *caſtor.* ℈ß. *ther. cal.* gr. iv. *ol. cinam. menth.* a. gutt. i. F. Pulvis.

Pul-

## Pulvis Stomachalis *Michael.*

℞. *Rad. aron.* ℔ii. *arc. dupl.* ℔i. *ſal. abſ.* ℔ß. *rad. acor. veri coſt. arab.* an. ℥ii. *cinamom. caryophyllor.* an. ℥iß. *macis pip. long. Zing. cubeb. cardam. gran. parad. Zed.* an. ℥i. M. F. Pulvis.

## Pulvis Stomachalis *Quercetani.*

℞. *Rad. aron. pp.* ℥i. *acori vulg. pimp. pp.* an. ℥ß. *lap. cancr. calc.* ʒii. *ſem. naſt.* ʒi. *ſacch.* ad pond. omn. ſeu ʒxix. F. Pulvis.

## Pulvis Stomachalis *Timæi.*

℞. *Ol. cinamom.* gutt. xv. *caryoph.* gutt. ix. *citri roſar.* an. gutt. v. *ambr.* gr. iii. *moſch.* gr. i. *ſacch. cand.* ℥iv. M. F. Pulv.

## Pulvis ad Strumam P. *A. R.*

℞. *Spong comb. pilæ mar. toſt. oſſ. ſep. pip. long. nigri zing. cinam. ſal. gem. pyrethr. gallar. lap. ſpong.* an. ℥i. M. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 242. b.

## Pulvis Saxonicus P. *A. V.*

℞. *Rad. Valerianæ* ℥ß. *Vincetoxici, Urticæ* an. ℥i. *Polypodii querni, Althea, Angelicæ ſylveſtris* an. ℥ii. *Angelicæ ſativæ recentis* ℥iv. *Cort. rad. Laureolæ ſive Mezerei* ℥iß. Pulvis hic in Saxonia primum uſurpari cœptus, peſti ac venenis quoque aſſumptis, egregiè adverſatur & deleteriorum vires frangit. Vid. corp. ph. p. 207. b.

## Pulvis ſive Species Spleneticæ *Zvvelff.*

℞. *Gummi Ammoniaci in granis, Myrrhæ rubræ translucidæ, Rad. Pimpinellæ, Enulæ, Galangæ, Cinamomi acuti, Nuc. Moſchatarum* an. ʒii. *Sem. Apii, Fœniculi, Naſturtii, Petroſelini, urticæ* an. ʒiß. *Crem. Tartari, Tartari vitriolati cryſtalliſati. Salis*

*Salis eſſentialis naſturtii ex ſucco* ritè parati, *Magiſt. n. ſolub. Ocul. cancr.* an. ℥iiß. F. Species ſ. pulvis ſubtilis. Valent ad Lienis affectiones morboſas: in hypochondriaca igitur affectione diuturna, obſtructionibus Hypochondriorum & Meſenterii emolumento ſunt, Menſesque mulierum retentos promovent. Doſis ʒß. ad ʒj. Vid.corp. ph.p.241.b.

## Pulvis Stegnoticus *D.D. Caſpari Guttmanni P. A. R.*

℞. *Lap. Ætitæ* ʒj. *Hæmat. præp.* *Carneoli præp. Corn. Cervi uſti præp. Terræ ſigill. veræ* an. ʒß. *Coralliorum rubrorum reſolut.* an. ʒij. Omnia in tenuiſſimum pollinem redacta miſceantur. Ad omnes fluxus ſanguineos narium & hepatis ſiſtendos inprimis menſtruum mulierum purgationem ſuperfluam, Dyſenteriam, diarrhœam, alvi & uteri profluvia alba curanda ſingularis efficaciæ exiſtit. Vid.corp. ph.p.236.b.

## Pulvis ſtomachicus D.D. *Birckmanni.*

℞. *Pulv. rad. Ari præparatarum* ℥ij. *Acori vulgaris, Pimpinellæ*, ana ℥j. *Oculorum Cancri* ℥ß. *Cinnamomi* ʒiij. *Salis Abſinthii, Juniperi* ana ʒj. *Sach. roſati ad pond. omnium.* Conficiatur pulvis guſtui gratus. Vires: Exhibetur non tantùm ad ventriculum corroborandum, cui propriè convenit, ſed etiam ad capitis affectus, hemicraniam, vertiginem, melancholiam hypochondriacam, cachexiam: ad calculum ac febrem quartanam: habet enim facultatem deoppilandi, Tartarum reſolvendi &c. Doſis eſt ʒß. ad ℈ij. Vid.corp.ph. p.255.b.

## Pulvis Stomachicus nobilis *Minſichti.*

℞. *Cremoris Tartari albiſſ. & Spir. Vitrioli aliquoties irrorati & iterum exſiccati* ℥ij. *Corn. Cervi ſpagyricè calc.* ℥ß. *Sal. lap. percar. piſc. Oculor. Cancri* an. ʒij. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub.* an. ʒj. *Ol. Caryophyllorum, Cinamomi* ana ʒß. *Sacchari candi alb.* Miſceantur & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus. Vid. corp. ph. p. 257. b.

## Pulvis Stomachalis *P. A. V.*

℞. *Radic. Calami aromatici, Galangæ, Pimpinellæ, Liquiritiæ, Zingiberis, Piperis longi, Caryophyll.* an. ℥ß. *Radic. Doronici veri* ℥j. *Nuc. Moſchatarum, Cardamom. min.* ana ʒvj. *Macis* ʒij. *Sem. Aniſi, Carvi,* Sem. *Fœniculi,* an. ℥ß. *Cortic. Arantiorum, Citri,* ana extim. & recent. ſiccat, ʒij. *Ol. Cinamomi ſtill.* ʒß. *Sacchari Canarii albi,* ad pondus omnium. M. f. pulvis.

Præſtans ad varia Stomachi & Cerebri vitia emendanda, Vomitum, Nauſeam, Cardialgiam & concoctionem læſam, ventriculo item refrigerato cum emolumento exhibetur. Vid. corp. ph. p. 256. b.

## Pulvis ad Tormina puerorum *Dolæi.*

℞. *Lap. cancr. pp.* ℈ß. *tc. ſine igne* ℈i. *cor. rub. pp.* ℈ß. *myrrh.* gr. vi. *ther.* gr. iv. *ol. aniſ.* g. vi. F. Pulvis.

## Pulvis ad tuſſim infantum *Minſichti.*

℞. *Sacchari penidii* ℥iij. *Spec. Diatragacant. frig. Diaireos ſimpl.* an. ℥ß. *Rad. Pœoniæ* ʒii. *Succ. Glycyrrhiz. extim.* ʒj. *Lact. Sulfuris, Croci Orient.* ana ℈ii. *Cranii humani* l. *igne calc. Sem. papaveris albi* an. ℈i. Miſce, & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus. Vid. corp. ph. p. 254. b.

Pulvis

## Pulvis Viperarum Alexipharmacus *Zvvelff.*

℞. *Pulv. viperini ſimpliciter parati* ℥iij. *Pulv. florum Sulfuris* ℥j. *Myrrhæ opt.* ʒvj. *Ol. ſtillat. Angelicæ, Rutæ, Nucis Moſchat. expr.* ℈j. Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus, cujus doſis à ℈i. ad ʒß. vel etiam urgente neceſſitate ad ʒi. *in aqua aliqua Alexipharmaca.* Vid. corp.ph.p.209.b.

## Pulvis Viperinus Alexipharmacus *alter Zvvelfferi.*

℞. *Pulveris viperini ſimpl.* ℥iii. *Sacchari albiſſ. citrati* ℥ii. *Ol. ſtillat. rutæ, Angelicæ, Citri cort. rec.* ana ℈i. Miſce exactè, fiat pulvis ſubtiliſſimus. Vid.corp. ph.p.209.b.

## Pulvis viperarum confortans *Zvvelff.*

℞. *Ambræ gryſeæ* ʒi. cum ℈i. vel ʒß. *Sem. Citri excort. ſubacti*; Diſſolvatur in mortario vitreo cum *Ol. ſtillat. Cinamomi, Macis*, an. ʒß. quibus adde *pulveris viperini, ſimplici modo parati* ℥iv. *Sacchari citrati* ℥iii. Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus & præſtantiſſimus corroborans, cui, ſi quis *Moſcho* delectetur, ejuſdem ℈ß. addi poteſt. Doſis ℈i. ad ℈ii. in juſculo caponis & vino. Vid.corp.ph.p.210.b.

## Pulvis Varioloſus *Timæi*, pro pauperibus.

℞. *Sem. aquileg.* ʒi. *naſt.* ʒi. *cardb. napi* an. ℈iv. *citri* ℈i. *dictamn. alb.* ʒi. *terr. ſig.* ℈i. *cc. ſine igne* ʒi. M. F. Pulvis.

## Pulvis Varioloſus *Timæi* pro divitibus.

℞. *Specier. de hyac. compl.* ʒii. *corn. c. ſine igne* ℈iv. *unic. ver. oſſ. de corde c. lap. bez. marg. pp.* ana ℈i. M. F. Pulvis.

Pul-

### Pulvis contra vertiginem *Zvvelff.*

℞. *Ambr. gryſ.* ʒj. ſubig. cum *ſem. pæon. excort.* ʒj. *citri excort.* ʒß. *moſch.* ℈j. *ſpir. roſar.* particula ad pult. form. contund. redacti adde *lign. al.* ℥ß. *rad. doron.* ℥j. *cardam. min. nuc. m.* ana ℥ß. *eſſent. roſ. ſacch. n.* ℥iij. cui inſtill. *ol. cinam.* ʒß. *caryoph.* ℈ß. *majoran. lign. rhod.* ana ℈j. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 213. b.

### Pulvis contra vertiginem *Ettmülleri.*

℞. *Gran. pæon. coriand. nuc. m. viſc. q. cubeb. galang.* ana ʒij. *zing. torm. rorum.* ana ʒj. M. F. Pulvis.

## PULVERES PURGANTES.

### Pulvis Artheticus Paracelſi *ex Schræd.*

℞. *Hermodactyl. Turbeth. opt. Diagryd. Fol. Senn. el. Raſur. cran. vel oſſium human. Sacchari*, ana. Purgat ſecurè & blandè omnes defluxiones podagricas. Doſis ʒß. ℈ij. *ex aqua Ivæ arthetica, fragariæ*, &c. Vid. corp. ph. p. 268. b.

### Pulvis Catharticus Antimonialis *primus Zvvelfferi.*

℞. *Scammonii ſulfurati & poſtea cum tinctura roſarum per Spir. vini & Spirit. Sulfuris parati*, aliquoties inſuccati ſeu imprægnati, tandemq; Amygdalis dulcibus probè ſubacti ℥ij. *Antimonii per trinam detonationem cum tertia ſemper parte Nitri parati, & non edulcorati* ℥iij. *Cremoris* 🜿*i cum decoct. rad. Mechoacæ alb.* ultimo *ſoluti & cryſtalliſati* ℥iß. Miſce fiat pulvis catarcticus præſtans in operationibus. Doſis ejus eſt ℈j. ʒß. ad ℈ij. Vid. corp. ph. p. 269. b.

### Pulvis Catharticus Antimonialis *ſecundus Zvvelfferi.*

℞. *Tartari Antimoniati & Vitriolati* in Mantiſſa ſpagyrica edocti ℥j. *Magiſt. Scammonii* amygd. probè ſubacti ℥ß. *Crem. Tart.* ʒvj. Miſceantur in pulverem:

Cujus Doſis ℈ß. unus, ad ʒß. pro ſaburra humorum vitioſorum etiam per ſuperiora exturbanda. Vid. corp. ph. p. 269. b.

Pulvis Cholagogus ſimplex, *ſeu Diagrydium 🜍ratum.*

℞. *Scammonii electiſſimi* ℥iij. aut quantum vis. Craſſiuſculè tere, & ſupra chartam bibulam tenuiter ac æqualiter expande, mox ſuperimpone crati, ſub quo carbo ſit vivus, in quem injice *Sulfur*, *ſuffumigetur Scammonium*, & charta tamdiu teneatur ſuprà fumum, uſque dum Scammonium liquefieri, & chartæ adhærere incipiat: Cave ſolùm, ne comburatur, ideoque à fumo remove, ſicque calcinatum ſerva. Vid. corp. ph. p. 269. b.

Pulvis Cholagogus Querc. *ex Schræd.*

℞. *Rhabarb. elect.* ℥iij. *Fl. Violar.* ʒij. *Roſar. pallid. Hyperic.* ana ʒj. *Spec. Diatrion. Santal. Maſtiches, Cinam.* ana ℈ß. *Diagryd.* ℈j. *Sacchar. Violar.* ℥ß. M. f. pulvis. Doſ. ʒj. *Vid. corp. ph. p.* 270. *b.*

Pulvis Comitis de Warvvich, *ſeu Diagrydium Antimoniatum.*

℞. *Cholagogi ſimplicis* ℥ii. ʒii. *Antimonii præparati* i. e. Diaphoretici, ℥iß. *Cremoris Tartari cryſtallini* ℥ß. Fiat pulvis.

Pulvis hic ſumptus etiamſi mole parvus ſit, virtute tamen maximus exiſtit, citò, tutò, ut & jucundè operatur. *Vid. corp. ph. p. 268. b.*

Pulvis Cornachinus.

℞. *Diagrid. ſulph.* ℈ß. *ant. diaph.* gr. vij. *crem. tart.* ℈i. M. F. Pulvis adſcrib. etiam C. Warvvich. Vid. corp. ph. p. 268. b.

Pul-

Pulvis Hypochondriacus laxativus *Brand.*

℞. *Rad. liquirit. polyp. q.* ana ʒj. *rhab. el.* ℥ij. *ſen. Alex. ſ. ſ.* ʒvi. *turb. gumm.* ℥ß. *tartari tartariſati ſem. aniſ. fœn.* ana ʒj. *cinam.* ʒß. *ſpic. Ind.* ℈ß. M. F. Pulvis.

Pulvis Hydragogus D. D. J. M. ex *Th. Hoffm.*

℞. *Cryſtall. Tartari* ℈j. *Pulv. Epatic. rubr.* ℈ß. *Magiſter. Gummi de Peru* gr. viij. *Sal. geniſt.* gr. vj. *Ol. d. Aniſi* gutt. ij. M. F. pulvis. Doſis à ʒß. ad ℈ij. vel ʒj. *Vid. corp. ph. p.* 270. *b.*

Pulvis Hydragogus *Zvvelfferi.*

℞. *Cremoris Tartari* ℥j. *Mechoacæ albæ, Gialapp.* ana ʒvj. *Sem. Ebuli* ℥ß. *Gummi Gamandræ* ʒiß. *Nucis Moſchat.* ʒij. Fiat omnium pulvis.

Hydropicis ac veteri Ic̃tero fœdatis, opitulatur; namque pituitam, bilem & aquoſas educit humiditates, à ʒß. ad ʒj. *Vid. corp. ph. p.* 270. *b.*

Pulvis Hydragogus alius *Zvvelff.*

℞. *Radic. Aſari*, *Mechoacæ albæ*, *Gialappæ*, *Hermodactyl. Calami aromatic.* ana ʒij. *Herb. Gratiolæ*, *Soldanellæ* ana ʒiiß. *Sem. Ebuli* ℥ß. *Elaterii* ℈ij. *Diagrydii roſati* n. ſeu Scammon. Roſati n. ʒiß. *Millepedum n. m. præparat.* ʒiß. *Gummi Gamandræ* ʒj. *Caryophyllorum*, *Macis* ana ʒiß. Fiat ex omnibus pulvis ſubtiliſſimus, cujus doſis ʒß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 270. b.

Pulvis Laxativus completus *Th. Hoffm.*

℞. *Crem. tart.* ʒx. *pulv. jalap.* ℥ß. *reſin. ſcam. ſæc. arom.* ana ʒiß. *ſp. vitr. coagul.* ʒß. *ol. deſt. citri* gutt. xxi. M. F. pulvis ℈j. ad ij. Vid. corp. ph. p. 270. b.

Pulvis Lenitivus tartariſatus *Brandenb.*

℞. *Crem. tart. fol. ſen.* ana ʒiß. *cinam. acuti ſem. aniſ. fœn.* ana ℈iv. M. F. Pulvis.

## Pulvis Melanagogus *Querc. ex Schræd.*

℞. *Fol. Sen.* ℥j. *Sem. Aniſ. fœnic.* ana ʒj. *Cinamom.* ℈iſ. *Cryſtall. Tart.* ʒvj. *Sacchari* ℥iß. M. Doſis eſt à ʒj. ad ʒij. Vid. corp. ph. p. 270. b.

## Pulvis Panchymagogus *Querc. ex Schræd.*

℞. *Chryſtall. Tart.* ℥j. *Senæ el.* ʒx. *Hermodactyl. Turbith.* ana ℥ß. *Rhabarbari*, *Agaric. troch.* ana ʒiij. *Scammon. præpar.* ʒij. *Macis*, *Cinamomi*, *Galang.* ana ʒiß. *Sacchari violati* ad pondus omnium. Doſis ℥i. Vid. corp. ph. p. 271. b.

## Pulvis Paſſavanticus *ex Schræd.*

℞. *Flor. Borrag. Violar.* ana ℈ij. *Zinziber. Spic. Nard.* ana ʒj. *Glycyrrhiz. Sem. Aniſ.* ana ʒii. *Diagryd.* ʒiii. *Rhabarb. el.* ʒvi. *Turbith. gumm.* ℥i. *Senæ* ℥ii. M. F. Pulvis. Purgat omnes humores noxios, maximè bilem. Vid. corp. ph. p. 271. b.

## Pulvis Phlegmagogus *Querc. ex Schræd.*

℞. *Spec. diacartham.* ʒij. *Agaric. Trochiſc.* ʒß. *Turbith. Hermodactyl.* ana ʒj. M. Doſis à ℈j. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 271. b.

## Pulvis Phlegmagogus *Salæ ex Schr.*

℞. *Cryſt. Tart. Hermodactyl. mund.* ana ℥j. *Turbith. albi* ʒvj. *Reſinæ Scammon.* ʒii. ☍ *Caryophyll. cum Sacchari miſt.* ℈ß. M. Purgat ſeroſos ac phlegmaticos humores ſine moleſtia. Doſis eſt ʒß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 271. b.

## Pulvis Diaſenæ *le Mortii.*

℞. *Fol. ſen. mund.* ℥ii. *crem. tart.* ℥i. *caryoph. macis cinam.* ana ʒj. *galang. ſem. fæn. Diagrid.* ana ʒj. M. F. Pulvis doſis à ℈j. ad iv.

## Pulvis Diaſenæ *Fiſcheri.*

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ. rad. mechoac. crem. tart.* à ℥ß. *rhab.* ʒiij. *zing. cinam. acuti ſem. aniſ. galang*, ana ʒij. F. Pulvis doſis à ʒj. ad ℈iv.

## Pulvis Senæ præparatæ M*ontagn.*

℞. *Foliorum Senæ* ℥iß. *Zingiberis*, *Macis* ana ʒiij. *Cinnamomi, Tartari*, ana ʒiß. Fiat pulvis. Aduſtos humores melancholicumque ſuccum hoc pulvere purgamus. Vid. corp. ph. p. 271. b.

## Pulvis Senæ ſolutivus *groſſus Zvvelfferi.*

℞. *Fol. Senæ el.* ſine ſtipit. ℥j. conſcindantur ſaltem forcipe craſſiuſculè, quibus addantur *Cremoris Tartari* ʒiiß. *Pulv. rad. Bryoniæ* ʒii. *Maceris groſſo modo conquaſſ.* ʒj. Miſceantur, fiat pulvis groſſus. Hic pulvis in ſubſtantia cum juſculo vel panatella aſſumi, aut quotiescunque volueris cum vino ſive aqua infundi poteſt, infuſum poſtmodum colatum uſurpari in plurimis infirmitatibus, quibus purgatione, aut ſaltem alvi aperitione opus eſt: Sufficiet autem pro doſi ℈j. in ſubſtantia ſumptus, vel ʒß. pro infuſione verò ʒj. ʒiß. vel ℥ii. ſi ℥iii. vel iv. vini vel aquæ, additis non nullis guttulis *olei ſ. liquoris Tartari*, affuderis. Vid. corp. ph. p. 272. b.

## Pulvis ſolutivus Magiſtralis *Zvvelfferi.*

℞. *Rhabarb. el.* ℥vj. *Rad. Mechoacæ albæ, Gialappæ, Aſari, Turbith*, ana ℥ß. *Cremoris Tartari* ʒvj. *Cinamomi acuti. Macis*, ana ʒiß. Fiat pulvis ſubtilis. Aduſtos & retorridos humores cum ſeroſa earum colluvie expurgat, à ʒß. ad ʒj. exhibitus; Poterit tamen quælibet doſis, ſi volupe fuerit, nonnihil acui, accipiendo v. g. hujus pulveris ʒß. *Tartari Vitriolati* gr. vi. & *Magiſterii Gialapp.* gr. vij. Vel loco

hujus: *Mag. Gummi de Peru.* Vid. corp. ph. p. 272. b.

Pulvis Solutivus de Tribus *P. A. V.*

℞. *Foliorum Senæ* ℥vj. *Turbith.* ℥iv. *Rhabarbari* ℥ij. *Glycyrrhizæ, Sem. Aniſi, Fœniculi* ana ℥j. *Spicæ Indicæ* ℈ß. Fiat pulvis. Confert hepatis & venarum Meſaraicarum obſtructionibus, hydropi incipienti, ac ventris inflationibus, crudorum quoque humorum, frigidorum maximè, collectionem è ventriculo & Meſenterio ejicit. Vid. corp. ph. p. 272. b.

Pulvis ſolutivus de Tribus *Zvvelfferi.*

℞. *Foliorum Senæ* ℥vj. *Turbith.* ℥iv. *Rhabarbari* ℥ij. *Glycyrrhizæ. Sem. Aniſi, Fœniculi,* ana ℥j. *Spicæ Indicæ* ℈ß. Fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 272. b.

Pulvis ſolutivus de Tribus *Zvvelff. alius.*

℞. *Fol. Senæ el. ſine ſtipit.* ℥j. *Rhabarb. opt. Rad. Gialapp.* ana ℥ß. *Maceris* ℥iß. *Cremoris* ♀i ℥iij. Fiat omnium pulvis.

Purgat pariter pituitam & bilem, ſuccumque Melancholicum, à ℨß. ad ℨj. *Vid. corp. ph. p.* 273. *b.*

Pulvis ſolutivus Magiſtralis Stockſtaldi *P. A. V.*

℞. *Fol. Senæ Alexand. Diagrydii, Hermodactyl. Turbith. electi* ana ℥ß. *Cinnamomi, Zingiberis,* ana ℨii. *Sem. Aniſi* ℨj. *Cardamomi, Galangæ, Maſtiches,* ana ℨß. *Sacchari* ℥iij. Fiat pulvis. Hydropicis ac veteri ictero fœdatis opitulatur, pituitam namque & bilem purgat. *Vid. corp. ph. p.* 271. *b.*

Pulvis ad Suppoſitoria *P. A. R.*

℞. *Spec. hieræ picræ* ℥iß. *Colocinth. pulv.* ℨvj. *Helleb. albi pulv.* ℨj. *Sal. comm.* ℥iij. *Farinæ frumenti* ℥x. *Cum vitel-*

*vitellis ovorum & melle deſpumato* q. ſ. fiant ſuppoſitoria. *Vid. corp. ph. p. 276. b.*

### Pulvis ad Suppoſitoria *Zvvelff.*

℞. *Trochiſc. Alhand.* ʒij. *Aloes Epat.* ʒiij. *Salis Gemmæ* ℥ß. vel ʒvi. *Ol. Ceræ ſtillat.* ʒß. Miſce, fiat pulvis. Vel ſine Aloe:

℞. *Fellis Tauri exſiccati* ʒvj. *Trochiſc. Alhand.* ʒiii. *Croci Metall.* ʒii. *Sal. Gemmæ* ℥j.

### Pulvis Diatartari *Rulandi.*

℞. *Cryſt. tart.* ℥i. *fol. ſen. pp.* ʒvi. *ſem. aniſ. fæn.* ana ʒi. *ſacch. roſ. tab.* ʒx. F. Pulvis,

### Pulvis alius de Tribus *Zvvelff.*

℞. *Rhabarb. el.* ʒvj. *Mechoacæ albæ, Turbith. gummoſi* ana ℥ß. *Cremoris* ♁i ʒiij. *Macis* ʒiß. Fiat omnium pulvis purgans. *Vid. corp. ph. p. 273. b.*

### Pulvis Tartari Cryſtallini *ſolutivus*
### *P. A. R.*

℞. *Cryſtallorum Tartari, Folior. Senæ ſelectiſſimæ* ana ℥j. *Cholagogi ſimplicis* ʒij. *Sem. Aniſi electi, Cinnamomi acuti, Galangæ min.* ana ʒj. *Caryophyllor.* ana ʒß. Fiat pulvis. Priore longè valentior: pituitam & bilem, ſuccumque melancholicum & aduſtos humores purgat. Vid. corp. ph. p. 273. b.

### Pulvis ſolutivus Tartariſatus *Zvvelff.*

℞. *Tartari vitriolati cryſtallizati* ℥j. *Cremoris Tartari* ℥ß. *Magiſt. Gialappæ amygdalis probè ſubacti* ℈iv. *Pulv. Gialappæ rad.* ℥ß. *Maceris* ʒi. Miſceantur: fiat pulvis omnium ſubtilis, & ſervetur.

Eſt Catharticum celebre ad omnes ferè humores excrementitios expellendos, præſertim bilioſos aut aquoſos, à quorum copia hypochondria & univerſum nonnunquam corpus gravatum eſt: viſcerum obſtru-

obſtructiones pariter ſolvit. Vid. corp. ph. p. 273. b.

## Pulvis contra Vermes *Timæi.*

℞. *Sem. ſant.* ʒß. *fol. cardb. fl. tanacet. rad. filic.* ana ʒj. *vitr. calcin.* ℈ij. F. P.

## Pulvis contra Vermes *le Mortii.*

℞. *Sem. zed.* ʒij. *comar. abſ. fl. tanac. fol. abrot.* ana ʒj. *corallin. cc. phil. pp.* ana ʒß. *fol. ſen.* ʒß. *merc. dulc.* ℈j. *vitr. mart.* ℈ij. M. F. Pulvis.

## Pulvis ad Vermes *ſeu Lumbricos P. A. R.*

℞. *Sem. ſancti* ℥iv. *Folior. Senæ* ℥j. *Coriandri præp. Cornu Cervi* ana ʒß. Fiat pulvis. Vires ex nomine patent, in enecandis & expellendis lumbricis longo uſu comprobatæ. Vid. corp. ph. p. 274. b.

## Pulvis contra Vermes *ſeu Lumbricos Zvvelfferi.*

℞. *Sem. Sancti* ſeu *Cynæ* ℥j. *Corallinæ, Mechoacæ albæ,* ana ʒij. *Mercurii dulcis ritè & dextrè parati* ʒiiß. *Magiſterii Gialappæ, Amygdalis probè ſubacti* ʒj. *Sem. Aniſi* ʒiß. *Sacchari albiſſimi* ʒß. Fiat ex omnibus Pulvis.

In Vermibus & Lumbricis expellendis tùm puerorum, tùm adultorum efficax: mediante doſi ℈j. ʒß. ad ʒj. in lacte vel mulſo exhibendus. Vid. corp. ph. p. 274. b.

## Pulvis alius contra Vermes *Zvvelff.*

℞. *Sem. Cynæ* ℥j. *Corallinæ* ʒß. *Myrrhæ rubræ* ʒj. *Mercurii dulcis* legitimè parati ʒß. *Raſuræ Cornu Cervi, Turbith. albi,* ana ʒij. *Sacchari albi* ℥j. *Macis* ʒj. fiatque Pulvis. Doſis ʒß. ad ʒj. in Vermibus expellendis. Vid. corp. ph. p. 274. b.

PUL-

## PULVERES AD EXTERNOS VARIOS AFFECTUS.

### Pulvis adſtringens Galeni *P. A. V.*

℞. *Aloes, Mannæ, Thuris, Cort. pini, Ter. Lem. Boli Armenæ, Lap. Hæmatit. Succi hypociſt. Croci, Gallæ omphac.* an. ʒj. Fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 277. b.

### Pulvis Cathæreticus pro oſſibus *ex Schr.*

℞. *Rad. irid. ariſt. rot. euphorb.* an. ℥ß. *ſabin. ſicc. alum. uſt. merc. præcip.* an. ʒj. *ceruſſ. myrrh.* an. ʒij *ol. caryoph.* ℈j. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 277. b.

### Pulvis de Cypero odoriferus *ex Schræd.*

℞. *Rad. Ireos flor.* ℥iß. *Cyperi rot. Acor.* an. ʒij. *Lign. Santal. citr.* ʒß. *Rhodii* ʒj. ℈ij. *Spec. Diambr.* ʒij. *Troch. Gall. Moſchat.* ℈j. *Moſch.* ℈ß. *Ambr.* gr. xij. Fiat Pulvis. Vid. corp. ph. p. 278. b.

### Pulvis Cyprius Moſchatus *Minſichti.*

℞. *Styrac. Calamit.* ℥v. *Rad. Ireos florent.* ℥iv. *Roſar. rubr. opt. Anthos*, an. ℥ij. *Benzoini, Caſſ. Ligneæ*, an. ℥j. *Ladani puri, Calami Aromat. Caryoph. Sem. Coriand.* an. ʒvj. *Lig. Aloes ponderoſ. Santal. Citrin. Rhodini*, an. ℥ß. *Cort. Aurant.* & *Citri, Cyperi rotund.* an. ʒiij. *Origani Cret. Majoranæ*, an. ʒij. *Fol. Lauri* no. iij. *Fl. Lavend. Violar.* an. ʒiß. *Moſchi laudat.* ʒß. *Ambræ gryſ.* ℈j. Miſc. & fiat pulvis veſtimentalis, cujus uſus jam dictus. Vid. corp. ph. p. 278. b.

### Pulvis Cyprius pretioſus *Zvvelff.*

℞. *Muſci vel Vſneæ quercinæ electæ*, & ab omnibus impuritatibus lignoſis mundatæ ℔ i j. Immittatur ſacculo, & per horæ quadrantem baculo diſcutiatur, ut ab omni pulvere & ſordibus adhærentibus penitus liberetur: Hinc ollæ immittatur, ſæpiùs *aqua ſimplici ſuperfuſâ lavetur*, per

duos dies, donec aqua limpida & pura, prout afſuſa fuit, effundatur; ſiccetur deinde in Sole ſupra linteum collocata, ut eò magis ſuo colore, odore & ſapore, vi nimirum atractrice Solis privetur. Porrò hæc eadem Uſnea ſuo colore viridi & omni odore jam privata, ac probè ſiccata, *cum floribus Roſarum* & *Jaſmini*, vel *floribus Aurantiorum* & *Citri*, ubi illorum eſt proventus, recentibus & integris ſexies vel octies ſtratificetur, & junctim pondere aliquo in cribro comprimatur, ſingulis diebus floribus ab uſnea ſeparatis, & recentibus ſubſtitutis, donec fragrantiſſimo imbuatur odore. Poſt leniter exiccata uſnea in pulverem ſubtiliſſimum redacta, denuò (ſi fortè odorem in leni exſiccatione, quæ tamen nunc in ſole fieri non debet, ſed alio in loco tepido,) linteo ſubtili vel ſacculo largo impoſita, infra ſupraque floribus ſupradictis recentibus conſpergatur, ac pondere aliquo in cribro nonnihil aggravetur. Huic pulveri tandem fragrantiſſimo pro quavis ℔j. adde *Moſchi* ℈ vel ʒß. Soluti in *Spirit. roſarum fragr.* ſ. q. ad pulticulæ formam, *Ambræ gryſeæ* itidem ʒß. Soluti in *Ol. Stillat. roſ. veri* ℈j. vel in *ol. Jaſmini* aut *Arant.* (prout ex Italia affertur) ʒß. Item, ſi libet, *Pulv. rad. Ireos flor. albiſſ.* ℥ iß. *Cyperi rotund.* ℥iß. Fiat pulvis fragrantiſſimus Regius, qui quando capiti inſpergitur, odore ſuo grato inſigniter illud roborat, ſuâque adſtrictione, ſiccitate atque vi attractiva omnes ejus ſordes exſiccat; & cum nulla viſcoſitate polleat, nec cuti, neque capillis firmiter adhæreat, facilè à capite & ejus capillis avelli poterit. Vid. corp. ph. p. 279. b.

## Pulvis Cyprius Violatus *Roſatus Minſ.*

℞. *Rad. Ireos florent.* ℥ iv. *Flor. Violar. recenter exſicc.* ℥j. *Rad. Cyperi rotund.* ʒij. *Ol. ſtill. roſar. veri* ʒiß. Miſce & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui tactum effugiat. Ex hoc ſvaviſſimo & valdè delectabili pulvere replentur pulvilli, quibus variè utuntur in Gynæceis. Per ſe etiam crinibus, veſtibus, pellibus, linteis &c. inſperſus, longè latéque jucundiſſimum ſuum odorem, Cerebrum & omnes Spiritus recreando, eructabit. Vid. corp. ph. p. 278. b.

## Pulvis Dentifricus *Bontekoe.*

℞. *Lap. prun. pum. cryſt. tart. tart. vitr.* an. ʒij. **M.** F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricius *Ettm.*

℞. *CC. uſt.* ʒiij. *Pum. uſt. pp.* ʒiß. *alum. uſt. tart. ad albed. calcin.* an. ℈j. *rad. ir. fl.* ℈ij. F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricius *le Mort.*

℞. *Lap. prun.* ℥j. *crem. tart.* ʒij. *alum. uſt.* ℈ij. *lap. pum.* ʒiij. *ſp. nitri* gutt. x. *ol. cinam.* gutt. ij. *jaſmin. lign. rhod.* an. gutt. j. F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricius *Hartmanni.*

℞. *Mand. luc. p. cor. alb. cc. uſt. alum. calc. ir. flor.* a. ʒß. *ſal. gem.* ʒi. F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricus *Auguſt.*

℞. *CC. uſt. Pumic. cor. rub. alb. tut. pp. maſt. ſandarac. cinamom.* an. ℥j. *rad. ir. flor.* ʒiv. *moſch.* gr. vj. M. F. Pulvis.

## Pulvis Dentifricius *VValdſchmid.*

℞. *Crem. tart.* ʒiiß. *rad. ir. flor.* ʒß. *alum. uſt.* ʒß. *ciner. nuc. m.* ʒij. M. F. Pulvis.

Pul-

Pulvis Dentifricius *de Spina.*

℞. *Lap. pum. alum. uſt. rad. ireos maſtich. tart. alb. ſal. uſt. cc. uſt. pp.* an. ℥j. *cor. rub. alb.* an. ℈ij. *marg. pp.* ʒß. *ſacch. alb.* ʒiiß. *moſch. ambr.* an. gr. iij. F. P.

Pulvis Dentifricius *Brand.*

℞. *Corall. rub. pp.* ʒj. *cc. pp.* ʒß. *gum. lac. ſel. ſarcoc.* an. ʒß. *oſſ. ſep. pp.* ʒiij. *oſtioc. pp. rad. ir. flor.* an. ʒj. *ambr. gryſ. moſch.* an. gr. v. M. F. P.

Pulvis contra Defluxiones F. F. *ex Schræd.*
Fluß-Pulver/Rothlauffs-Pulver.

℞. Maſtich. *alb. ſuccin. infragm. Summ. Sabin. Rut. Oliban. Sem. Cannab.* an. ℥ij. *Stœchad. citri* M. ij. M. f. pulvis groſſus. Vid. corp. ph. p. 277. b.

Pulvis ad dentifricia Moſchatus
*P. A. R.*

℞. *Pumicis* ℥ij. *Oſſis Sepiæ* ʒvj. *Corallii rub. præp.* ʒj. *Rad. Ireos* ʒj. *Moſchi, Zibethi* an. ℈ß. *Olei Ligni Rhodii, Nucis Moſchat. deſtillatæ* an. guttas iv. *Caryoph.* a. gutt. iij. Miſce lege artis.

Mucoſos dentes à ſordibus purgat, eosque dealbat & mundificat, gingivas quoque ſtringit, & dentium radices firmat. Vid. corp. ph. p. 279. b.

Pulvis Dentifricius *ex Schr.*

℞. *Silic. fluviatil. calcin.* ℥iij. *lap. Pumic. præp.* ʒß. *Rad. Ireos fl.* ʒij. *Ol. ſtillat. roſ.* ℈ß. (vel ex lign. rhod.) Fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Extergit dentes, eorumque malum fœtorem emendat. Vid. corp. ph. p. 280. b.

Pulvis ad Dentifricia *Zuvelff.*

℞. *Crem. Tartari ſ. Tartari alb. Veneti* ℥ij. *Rad. Ireos flor.* ʒß. *Alum. uſt. Nuc. Moſchat.* an. ʒij. Fiat omni-

omnium pulvis non admodum ſubtilis, cui adde *Moſchi opt.* ℈j. *cum Spir. roſar. vel aq. Arant. non nihil ſoluti.* Servetur pulvis ad uſum. Dentes mucoſos & Tartaro veluti obductos à ſordibus purgat, & gingivas adſtringit, & ſic vacillantes firmos reddit. *Vid.corp.ph.p.*280.b.

## Pulvis pro Epithemate Hepatis *P. A. V.*

℞. *Sant. rub. alb. citr.* an. ℥ß. *roſ.* ʒj. *camph.* ℈j. M.F.P. hepatis in flam. confert. adhibetur cum aq. endiv. roſ. acetoſæ & aceto. *Vid.corp.ph.p.*281.*b.*

## Pulvis Errhinus *P. A. V.*

℞. *Calaminth. majoran. rad. ireos caſtor. ſem. nigell. ſtaph. agr.* an. ℈j. *hell. alb. pyrethri nuc. m. myrrh. rub. euphorb.* an. ℈ij. m. ex hiſce cum *ladani* ʒvj. & *melle* modico formari poſſ. naſalia. *Vid.corp.ph. p.*285.*b.*

## Pulvis Eryſipelatodes *Dolæi.*

℞. *Farin. hord.* ℥i. *fabar.* ℥ß. *pulv. liquirit.* ʒv. *cret. myrrh.* an. ʒiß. *ceruſſ.* gr. viii. *camph.* gr. vi. M. F. P. externus in Eryſipelate.

## Pulvis Eryſipelatodes *VVedelii.*

℞. *Myrrh.* ℥i. *ceruſſ.* ℥iß. *farin. ſecalin.* ℥ii. M. F. P. in Eryſipel. externe uſurp.

## Pulvis pro Epithemate Cordis *P. A. V.*

℞. *Fl. Bugloſſi, Borraginis, Meliſſæ* an. M. ß. *Sandal. omnium roſar. rubr.* an. ʒij. *Cort. Citri, ſem. Acetoſæ, Ligni Aloes, Caryophyll.* an. ʒß. *Doronici, Been utriusque, Succini* an. ℈iv. Trita omnia probè uſui reſerventur. Mira eſt ejus efficacia in affectibus cordis, ejusque palpitatione, Syncope, & dejectis propemodum vitalibus facultatibus. Vid. corp.ph.p.281.b.

## Pulvis Groſſus ad Sacculos pro Epithemate Cordis & *Pulſuum Zvvelff.*

℞. *Herb. recent. roriſm. Majoranæ, Baſilici, Meliſſæ citratæ* ℥j. *Flor. recent. Arantiorum, Roſar. pallid.* a. ℥iß. *Cheiri, Tunicæ* an. ℥j. *Lavendulæ* ℥iß. *Cortic. recent. Arant. Citri* an. ext. flav. ℥iß. *Croci Auſtriaci vel Or.* ʒvj. *Cinam. optimi* ℥iß. *Macis, Nuc. Moſchat.* an. ℥j. *Ligni Rhodii, Aloes* an. ℥ß. Omnia ac ſingula probè commixta, tàm herbæ recentes, flores, ac cortices, quam deſiccata Aromata & Ligna (quæ tamen prius ſeparatim incidi ſuaſerim) minutim inciſa, exſiccentur in umbra cum cautela & charta deſuper cooperta: Ex quibus ſic paratis ſpeciebus ſacculi poterunt formari, formâ ac magnitudine competenti, ac filo ſerico interſui, qui poſtmodum Cordis regioni ac pulſibus ſuperligantur, prius tamen aqua Cordiali, quæ arriſerit illi humectandi: Idque toties repetendum quoties etiam calor exæſtuans os exſiccaverit. Vid. corp. ph. p. 281. b.

## Pulvis Eryſipelatodes *Minſichti.*

℞. *Farinæ volat.* ʒvj. *Plumbi uſti, Boli rub.* an. ℥ij. *Maſtichis el. Olibani, Ceruſſæ* an. ℥j. Miſce & fiat omnium pulvis ſubtiliſſ. Hic pulvis chartæ cæruleæ inſperſus & in Eryſipelate, ſive igne ſacro, per ſe, loco affecto applicatus vix dici poteſt, quam huic malo ſit ſingulare remedium; præmiſſis tamen univerſalibus, nec non venæ ſectione præcedente, præſertim in robuſtioribus. Vid. corp. ph. p. 283. b.

## Pulvis Farina Virginea Nobilis *Minſichti.*

℞. *Silicum fluviat. calcin. & pulveriſat.* ʒvj. *Lap. pumicis præp.* ℥j. *Rad. Ireos flor.* ℥ß. *Gall. Moſchat. veræ* ʒj. *Ol. ſtill. roſar.* ℈j. Miſce & f. omnium pulvis inſtar

ſtar farinæ, quem ad uſum repone. Ad dentes in una quaſi hora dealbandos, & à Tartaro corroſivo purgandos, medicina nulla excellentior eſt. Vid.corp.ph.p.280.b.

## Pulvis pro fumo comm. *Brand.*

℞. *Maſt. myrrh. olib. ſuccin. flav. bacc. jun.* an. ℥j. M.F. Pulvis.

## Pulvis pro Fumo contra Deflux. *Brand.*

℞. *Bacc. jun.* ℥ß. *flor. anth. roſ. rub. ſumm. ſab.*an.mß. *gum. benz.* ʒij. *maſt. olib.* an. ℥j. *ſtyr. cal.* ʒij. *ſandaracæ ſuccin. flav.* an. ℥ß. *tacam. nuc. m.* an. ʒij. M. F. Pulvis.

## Pulvis pro Fumo contra Peſtem *Brand.*

℞. *Bacc. jun. gum. benz. ladan. maſt. olib. ſtyr. cal.* a. ℥j. *caryoph. cinamom. ſant. citr.* an. ʒij. *ſuccin. flav.* ℥ß. *camph.* ʒj. *fl. ſulph. myrrhator.* ʒß. F. P.

## Pulvis Hæmorrhoidalis *Minſichti.*

℞. *Farin. volat.* ℥j. *Croci Martis* ℥ß. *Boli rub. Or. præp. Rad. Verbaſci* an. ʒij. *Hermodact. alb.* per noctem in Spir. vin. infuſi & iterum exſic. *flor. Papav. errat. Sacchari cand. alb. Sang. Draconis, Olibani*, an. ʒiß. Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui tactum effugiat.

Sanguinem hæmorrhoidalem ſuperfluè emanantem citò reſtringit, vehementemque dolorem mirè ſedat. Vid.corp.ph.p.283.b.

## Pulvis Manualis odoratus *Minſichti.*

℞. *Magmat. exp. Amygdal. dulc. & amarar.* a. ℥iij. *Farin. fab.* ℥ij. *Orizæ alb. Lupinorum* an. ℥iß. *Rad. Ireos flor.* ℥j. *Roſar. alb. exſic. Benzoin.* an. ʒvj. *Sal.* ♀*i alb.*

*Cre-*

*Cretæ alb. præp. Spodii præp. Sperm. ceti rec.* an. ℥ß. *Ol. lig. Rhod.* ℈j. *Caryoph. Lavend.* an. ℈ß. Miſce,& fiat omnium pulvis ſeu mixtura.

Hic pulvis manus albas ac nitidas, cutimque mollem reddit, ſi frequenter eô laventur & fricentur. Vid. corp. ph. p. 283. b.

## Pulvis Ophthalmicus *Minſichti.*

℞. *Sacchari cand. alb. Tutiæ præp.* a. ʒii. *Margarit. Sarcocollæ,* an. ʒß. *Fabar. marin. præp.* ℈i. Miſce, & fiat pulvis ocularis ſubtiliſſimus.

Hic pulvis in multis oculorum affectibus mihi valdè ſecretus eſt *Vid. corp. ph. p. 284. b.*

## Pulvis probatus ad exſiccandum *conſolidandum & ſanandum Variolas Minſ.*

℞. *Farin. lentium, fabarum, Orobi,* an. ℥ß. *Lytharg. Ceruſſæ lotæ, Tutiæ præp. Nibil. alb.* an. ʒij. *Conch. marin. præp. Rad. Arund. Croci Metall.* an. ʒi. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſ.

Variolæ, quando maturæ ſunt, poſt ſeptimum diem rumpantur, cum acu aurea ſeu argentea, auferatur humiditas, ne corrodat carnem, & faciat foveas, vel ſcindantur cum forcipe, ne iterum claudantur; deinde aſpergantur prædicto pulvere, qui etiam ſpargatur in lectum patientis. *Vid. corp. ph. p. 284. b.*

## Pulvis Sperniolæ Compoſitus *Crollii, ex ex Schr.*

℞. *Myrrh. el. Thur. maſc.* an. ℥ii. *Croci trit. Camphor.* ʒiii. Tere omnia & miſce. Pulverem hunc imbibe 🜄 *ſtillat. Sperniolæ,* id eſt, *Spermatis ranarum,* vigeſies vel trigeſies, ita tamen, ut ſemper prius ſponte exſiccetur, hinc ſerva ad uſus.

N. Sperniola colligenda eſt menſe Martio, triduum cir-

circiter ante novilunium, (ſic non fœtet) deſtillandaque in MB. Summum eſt remedium in hæmorrhagia è naribus, gutture, utero, quia frigiditate ſuâ coagulat ſanguinem. Confert quoque ſi ſolvatur cum aceto, & Eryſipelati, doloribusve podagricis calidis applicetur. Hæmorrhagiam quoque vulnerum impoſitione ſiſtit, Paronychiam necat, &c. Doſis gr. xv. v. vj. vij. viij. *Vid. corp. ph. p. 277. b.*

### Pulvis Sternutatorius *P. A. R.*

℞. *Majoranæ* ℥iß. *Betonicæ*, *Pyrethri*, ana ʒß. *Hellebori utriusque* ana ʒj. *Pulegii* ℈j. Fiat Pulvis.

Lentam pituitam ac phlegma craſſum, naribus inſufflatus, vel iiſdem adfrictus provocat: Cerebrum à tenacibus humoribus purgat, & oſſis ethmoidis obſtructiones reſerat. *Vid. corp. ph. p. 285. b.*

### Pulvis Sternutatorius *Pharm. Nor.*

℞. *Herb. Majoran. Roſmarin. Pulegii*, *Salviæ*, an. ℥iß. *Fol. Nicotian. Rad. Helleb. alb. ſelect. Sem. Nigellæ* an. ℥j. *Moſchi* gr. v. M. Pro pulvere. *Vid. corp. ph. p. 285. b.*

### Pulvis Sternutatorius Cephalicus *Zvvelff.*

℞. *Radic. Doronici veri*, *Pyrethri*, *Hellebori alb.* an. ʒj. *Herb. Majoranæ*, *Thymi*, *Roriſmarini*, *Flor. Liliorum convallium*, ana ʒiß. *Sem. Aniſi*, *Coriandri*, *Nigellæ*, *Cardamomi*, *Macis*, ana ʒß. *Caryophyll.* ℈j. *Ambræ gryſeæ* ℈ß. *Moſchi Orient.* gr. viij. *Ol. lig. Rhodii* ℈j. Fiat ex omnibus pulvis ſubtilis. *Vid. corp. ph. p. 285. b.*

### Pulvis Sternutatorius communis *Brand.*

℞. *Fol. beton.* ʒij. *majoran. nicot.* ana ʒß. *puleg. ſerpill.* ana ʒß. *rad. hell. alb. nigri* ana ʒj. *pyrethri* ʒß. M. F. Pulvis.

### Pulvis Sternutatoriuſi cum Moſcho & ambra *Brandenb.*

℞. *Fol. nicot. virg.* ℥j. *flor. lil. conv. ſicc.* ʒij. *ambr. gryſ. moſch. Alex.* ana gr. vj. *ol. lign. rhod.* gutt. v. F. Pulv.

### Pulvis Sternutatorius *Maetſii.*

℞. *Pulv. caul. tab.* ʒj. *ſem. nigell. rad. bell. alb.* ana ℈j. *fol. majoran. roriſm. ſalv.* ana ʒß. *ol. lavend.* gutt. v. *moſch.* ℈ß. F. P.

### Pulvis Sternutatorius *Michaelis.*

℞. *Herb. majoran.* Pij. *Fl. lil. conv.* Piij. *ſem. nigell.* ʒ iß. *caſtor.* gt. vj. *ol. aniſ. ſucc.* in ana gutt. ij. M. F. Pulv.

### Pulvis Sternutatorius *Dolæi.*

℞. *Tab. virg. major. lil. conv.* ana ℈j. *caſt.* ℈ß. *ſal. vol. urin. hell. alb.* ana gr. IV. F. P.

### Pulvis Sternutatorius *Hartmanni.*

℞. *Rad. hell alb.* ʒj. *caſtor. euphorb.* ana ʒß. M. F. P.

### Pulvis Sternutatorius de *Spina.*

℞. *Herb. rorism. majoran. ſalv.* ana ʒII. *flor. lil conv. ſtach. arab. tabac.* ana ʒß. M. F. Pulvis.

### Pulvis Sternutatorius *Ettmülleri.*

℞. *Fl. lil. conv.* ʒß. *nicot.* ʒj. *rad. ell. alb.* ℈j. *ol. major.* gutt. vj. M. F. Pulvis.

### Pulvis Sympatheticus.

℞. *Vitrioli* ♀ *Romani vel Cyp.* q. v. diſſolve in 🜄 ſ. filtra per chartam bibulam, evapora ſuper lento igne & coagula, contunde groſſo modo, & ferventioribus ☉lis radiis expone per 14. ☌ ☍ uſque dum accuratiſſimè fuerit calcinatum. N. 1. Cum aër ſerenus eſt, Soli eſt exponendum, ut ubi pluvioſus & humidus, in locum ſiccum eſt transferendum. N. 2. Ne Marte attingatur, tàm quando fit, quam cum factus eſt pulvis. N. 3. Hic labor inſtituendus

eſt

eſt die 25. Julii, Sole Draconem ingrediente; & præſtat 4. vel 5. ☌ ♌ ab ingreſſu expectare, ut certiores ſimus de ipſius confirmatione in propria domo. N. 4. Hic Pulvis uſui aſſervandus eſt in loco ſicco, ne excrementitiâ humiditate recuperatâ formam priſtinam aſſequatur, unde non levis ſequeretur ipſius virtutis diminutio.

Confert Vulneribus recentibus, è quibus cruor adhuc emanat, immergitur linteum mundum, huic inſpergitur pulvis, & alio panno involutum in loco temperato ſive vicino ſeu remoto aſſervatur. Sin autem vulnus jam inveteraverit, & degenerârit in ulcus, eodem modo materia ex affecta manans, ſive pus ſive ſanies fuerit linteo committenda, pulvere aſpergenda & ſedulo aſſervanda. Tum vulnus vino tepido prius ablutum panno mundo obtegendum eſt alternis diebus vel ſæpiùs prout manantis ſorditiei copia requirit. Sordidi autem panni ſimul in loco temperato coaſſervandi ſunt.

Et obſervandum 1. ſi vulnus exterius fuerit, ſufficere, ut cruor in pannum effluat; ſin etiam interiores affecerit partes ipſis penitius immittendus eſt pannus, ut læſam pariter attingat partem. Vid. corp. ph. p. 287. b.

## Pulvis in Relaxatione uvulæ *Regii & Riverii.*

℞. *Roſ. rub. balauſt. rad. biſt. torm. gallar. immat. irid. flor.* ana ℥j. *alum. uſt.* ℈ij. F. Pulvis.

## Pulvis de Verbaſco *Minſichti.*

℞. *Herb. Verbaſci viridis* q. v. infer crucibulo quantum capit, ad ſummum uſque infarciendo, deinde alio contege crucibulo, luto bene munito, igni im-

pone, ut nigreſcat, poſtea verò in cineres abeat; cumque videbitur ſatis eſſe, crucibulum fac refrigeſcere, atram illam materiam exime, & in ſubtilem pulverem redige; Poſtea,

℞. *Hujus pulv. nig.* ℥j. *Rabarbari el.* ʒij. Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſ. Certum hic pulvis eſt experimentum contra condylomata & hæmorrhoidas cœcas. Vid. corp. ph. p. 284. b.

## Pulvis Violarum Odoratus *P. A. R.*

℞. *Ireos florent.* ℥vj. *Roſar. rubr.* ℥iv. *Cyperi* ʒß. *Majoranæ, Caryophyll. Styracis* an. ℥j. *Benzoi, Sandali Citrini* an. ℥ß. *Violar.* ʒiij. *Moſchi* ʒj. fiat pulvis. Pulvis hic tametſi ad odoramenta potiſſimum expetatur, caput tamen extrinſecus eximiè roborat, nec non cordis palpitationi medetur. Vid. corp. ph. p. 278. b.

## R.

## Regulus Antimonii per ſe, *ſine additione Zvvelfferi.*

℞. *Antimonii Hungarici*, particulatim ſaltem contuſi ℔j. quæ crucibulo immiſſa, ſuprà pulvere carbonum, ad quatuor vel quinque digitorum craſſitiem, tegatur, & igne fuſorio forti, ad dimidiam horam, vel ultra, tradatur. Poſtea remota ab igne frigefiant omnia, & fracto crucibulo, in medio ſcoriarum Regulus comparebit, qui à ſcoriis eſt ſeparandus. Scoriæ verò relictæ, & eodem modo, quo ſuprà, crucibulo novo ſubjectæ, tectæque carbonum pulvere ad horæ quadrantem igne forti ſunt fundendæ. Quibus iterum frigefactis, Regulus, qui apparebit, ſeparandus. Scoriæ porrò tertiâ ac quartâ vice, eâdemque viâ, quâ ſuprà, pulvere car-